

DELICIAE

ERVDITORVM



DELICIAE ERVDITORVM SEV VETERVM ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ OPVSCVLORVM COLLECTANEA

IO. LAMIVS

Collegit, illuſtravit, edidit.





FLORENTIAE. MDCCXLII.

Ex Typographio Io. BAPTISTAE BRVSCAGLI ET SOCIORVM. Ad inſigne Centauri. *Cum adprobatione.*



ILLUSTRISSIMO

ET AMPLISSIMO VIRO

D. IOANNI BAPTISTAE

BONADRATAE DIOTALLEVIO

PATRICIO ARIMINENSI

MARCHIONI FT EQUITI D. STEPHANI

DOMINO MEO

IN PRIMIS OBSERVANDO

IO. LAMIVS

DEDICO CONSECROQUE.



A me TIBI devinxisti, VIR AMPLISSIME, facilitate, humanitate, benevolentia, &

amabili consuetudine, ut occasionem opportunam diu desideraverim, & anxie quaesiverim, gratum TIBI memoremque animum meum, & eam, qua TE prosequor, cum amore coniunctam venerationem sinceriter omnibus adtestandi, & demostrandi luculenter. At nihil mihi commodius ad id perficiendum usuvenit, quam huius mei libelli editio, quae TIBI consecrata, Tuumque nomen praeclarissimum praeferens, aeternum, ut auguror, observantiae erga TE meae monumentum exstabit. Non iniucundum vero hoc meum munusculum AMPLITUDINI TVAE fore confido, quum magnorum Virorum, & qui vetusta nobilitate praestantes, qua-

lis TV es, ad maiorum clarissimorum imitationem accenduntur, proprium sit, animum voluntatemque obferentis magis expendere, quam ad magnitudinem doni respicere. Sed & TIBI se probare illud potest, quod ab eo proveniat, qui olim in hac Regia Nobilium Academia, ut vocant, Praeceptor Tuus fuit, Teque primis historiae elementis instituit, ut inde Tuus in eum amor singularis, & benevola propensio, veluti de primo fonte, profluxerint. Adde, quod in illustrissima gente Tua Viri eruditi, & litterarum, bonarumque artium amatores exstiterunt, ut, *Franciscus* ille *Diotallevius*, Sancti Angeli Episcopus, Theologus summus,

& ſcriptor laudatiſſimus; quare dubitandum non eſt, quin TV, VIR PRAESTANTISSIME, domeſtica exempla imitans, & tanti Gentilis veſtigiis inſiſtens, praecipuo litteras, litteratoſque viros favore proſequuturus ſis. Inſuper quum Florentiam adeo diligeres, ut patriae propemodum anteponeres, & ab ea invitus, domeſticis negotiis trahentibus, avulſus fueris, Ariminumque redieris; nonne TIBI ſuave iucundumque erit, multa ex huius libelli lectione intelligere, quae inclitae illius urbis hiſtoriam mirifice illuſtrant; &, licet longe poſitus, rurſus eam quodammodo in hoc volumine contemplari? In eo enim Florentinorum

Tem-

Templorum Deiparae dicatorum descriptionem elegantem; in eo Magni *Cosmi Medicis* religionem & magnificentiam concinne expositas, adsertasque; in eo *Laurentii Medicis* virtutem dignis laudibus celebratam; in eo tamdem multa de Faesulano, seu Florentino, Episcopo D. *Romulo*, habes, quorum illecebra ad legendum ducaris, & legens magna perfundaris voluptate, visus TIBI iam in amatam urbem admirabili quadam, atque improvisa ratione regressus fuisse. Itaque hoc qualecumque donum a TE benigne susceptum iri haud temere spero; pro quo percepto beneficio, aliisque, quibus me in antecessum obligavisti, pro-

spe-

ſperam valetudinem, & vitam diuturnam, ac bonis omnibus cumulatam, TIBI a Deo opt. max. precor. Dabam Florentiae Kal. April. A. R. S. MDCC-XLII.

IO. LAMIVS

CANDIDO LECTORI S.



D ſummum ſuſcepti laboris culmen, per varios caſus, rerumque diſcrimina, Deo opitulante, pervenimus, ad duodecimum, videlicet, noſtrarum Deliciarum *Volumen; ita ut tantumdem itineris ſuperſit, donec ad illam quietis metam iterum deſcendamus, unde non ſine memorabili alacritate diſceſſimus. Quae autem* ἀποφόρητα *tibi, Candide Lector, prolixiori iam lectione laſſeſcenti, ut animum vireſque recrees, adfero in hoc Volumine? Elegantia profecto, iucundaque Opuſcula, ſoluta partim, partim vincta numeris oratione conſcripta; quaeque bonam partem ſacra, pietatem religionemque tuam conſolari, confirmareque valeant, dum etiam Muſeo carminum lepore, & blanda poeticae venuſtatis illecebra caperis*

ris

ris & detineris. Nec te offendat, quod contra institutum propositumque nostrum, lucubrationes quasdam, alias in vulgus proditas, aliis ineditis inseruerimus: non enim sine magna ratione id effecimus. Quamquam enim litterariam Remp. ineditis doctorum hominum commentationibus vulgatis iuvare nobis in primis propositum fuit: adeo tamen nostrae etiam utilitatis & emolumenti obliti non fuimus, ut, si ab aliorum calumniis, & iniustis molitionibus, nos defendere oporteret, clipeum tutissimum, quod alias in usu fuerit, atque ab aliis olim gestaretur, iterum sumere detrectaremus. Etenim, ut quorumdam veritatis osorum effrontem audaciam retunderemus, opus fuit rursum Paulli Atavantii *Servitae Dialogum formis excusum in lucem producere; ut omnibus ex eo proclive esset intelligere, non temere & imprudenter a me in decimo harum* Deliciarum *Tomo de pictura Virginis ab Angelo salutatae, quae in Ecclesia Servorum Mariae, ut vocant, religiose Florentiae adservatur, riteque colitur, dubitatum fuisse, an vere traditio illa popularis, quae eam ab Angelo divinitus pictam fuisse vult, vetusta esset, & firmis fundamentis innixa subsisteret: & constaret tamdem, iniuria adversus me tot turbas excitatas fuisse a malefe
riatis hominibus, & planis fallacibus, qui facta atque infecta canentes, mihi homini εὐλα-*

βε-

βεςάτῳ invidiam conflabant, & *tamquam Christianae persuasionis expertem flagitiosissime traducebant*. *At huiusmodi calumniatorum latratibus opportune a me Tomo huiusce operis undecimo occursum fuit*, *linguamque eos cohibere coegi*, *merito tamdem pudore suffusos*. *Hic igitur Dialogus*, *a me nunc iterum editus*, *paruit etiam seorsim cum Praefatione fere insequenti*. „ *Ea est*, *contra quam*, „ *quidam sentiunt*, *mea in venerabilem Servo-* „ *rum Deiparae familiam observantia*, *ut* „ Dialogum Paulli Atavantii *ex eadem* „ *familia Coenobitae*, Mich. Pocciantio, „ Archang. Ianio, Ger. Vossio, Ferdin. „ de Meliori, *memoratum*, & *a* Io. Ma- „ billonio *etiam descriptum*, *e Florentina* „ *Mediceo-Laurentiana Bibliotheca erutum*, „ *typis nunc rursus excusum*, *evulgare susce-* „ *perim*. *In eo enim ita sacri huius Ordi-* „ *nis laudes praedicantur*, *multaque de vi-* „ *ris ac feminis virtute* & *sanctimonia insi-* „ *gnibus*, *qui eum nobilitarunt*, *memoriae* „ *produntur*; *ut amoris mei ac veneratio-* „ *nis*, *erga illustrem hanc Societatem*, *ar-* „ *gumentum luculentissimum nova libelli huius* „ *editio esse possit*. *Quid quod in eiusdem libel-* „ *li calce fama illa de pictore vultum Dei-* „ *parae divinitus pictum*, *in non absoluta ab* „ *se imagine*, *admirante memoratur*; & „ *me indoctiores quidam sugillant*, *quod mi-*

„ *ra-*

„ *rabilis picturae narrationem haud facile* „ *credendam innuerim? Ecce igitur praesi-* „ *dium aliud, quo pia haec popularisque* „ *credulitas, labans tamen iam & vacil-* „ *lans, aliquatenus fulciatur; & quidem me* „ *illud recens sufficiente, collocanteque in pro-* „ *patulo. Sed & dum* Paullum *nostrum cele-* „ *bro, huius ordinis gloria & decus augetur, qui* „ *tale ac tantum nostrae Civitatis ornamen-* „ *tum, tanquam in litteraria officina, for-* „ *mavit.* Paullus *enim* Atavantius *& lit-* „ *terariis laboribus clarus, & virorum do-* „ *ctorum testimonio famigeratus est. Et qui-* „ *dem eius opera haec* Mich. Poccianțius „ *de Florentinis Scriptoribus commentans e-* „ *numerat:* Conciones Quadragesimales, „ *quas* Thesaurum Concionatorum *in-* „ *scripsit: aliud* Quadragesimale *aliter di-* „ *spositum*; Vitam Beati Ioachimi Servi- „ tae; Vitam Beati Francisci Servitae; „ Opusculum in laudem Beati Philippi „ Benitii; Expositionem in Orationem „ Dominicam; Commentaria super se- „ ptem Psalmos cum declaratione Lita- „ niarum, & Collectarum; Commenta- „ ria in Opera Dantis & Petrarcae; „ Breviarium totius Canonici iuris; *de-* „ *nique* Dialogum hunc de Origine Or- „ dinis Servorum ad Petrum Cosmi fi- „ lium, *cuius amicitia magno argumento*

„ *est*


„ *est* Paullum *nostrum & doctum virum*, „ *& ab illius aetatis eruditis plurimi fa-* „ *ctum, fuisse. Verum id non ex hoc tantum* „ *iudicio constat, quantum ex laudibus,* „ *quibus eum fert amicissimus Philosophus* „ Marsilius Ficinus, *duabus Epistolis ad* „ *eum datis. In prima Epistola scribit in-* „ *ter alia:* Denique quam meus sum, „ tam sum, mi Paulle, tuus; *altera ve-* „ *ro, cuius epigraphe,* Marsilius Ficinus „ Paullo Florentino insigni Theologo, „ in Servorum Mariae grege egregio S. „ D. *ita concipitur*: Mitto ad te libros de „ vita nostros, mi Paulle, vita dignissi- „ me, non tam ut legas haec adminicu- „ la vitae, quam ut serves. Nam quum „ omnibus amicis meis vitam magnope- „ re cupiam, tibi hanc adfecto summo- „ pere. Orphico enim clamore tuo, sa- „ cra passim declamatio spirat, & vi- „ vunt parietes ipsi templorum. XV. De- „ cembris MCCCCLXXXIX. Floren- „ tiae. *Denique familiaris fuisse fertur* Lau- „ rentii Medicis, Ioannis Pici, Ange- „ li Politiani, Hieronymi Benivenii, „ Leonardi Arretini, *aliorumque eius aeta-* „ *tis hominum doctissimorum. Missa facio a-* „ *lia, quae de eo habent* Poccïantius „ laudatus, *& V. Cl.* Iof. Cerracchinius „ *in* Theologicis Florentinae Facultatis

„ Fa-

„ Fastis, *nisi quod ex iis illum fuisse admirabili ingenii acumine praeditum, Grammaticum, Rhetorem, Cosmographum, Chronographum, Aristotelica doctrina imbutum, Platonicae Philosophiae non ignarum, utriusque iuris prudentiae peritum, Theologiae vero, & Sacrarum Scripturarum, eruditissimum enunciare non displicet. Immo ex* Cerracchinio *laudato addam alia quoque opuscula, praeter recensita, ab eo scripta fuisse, hoc est,* Historiam & miracula Imaginis Adnuntiatae; Commentaria in duodecim Prophetas & Apocalypsin; Gesta Beatorum Ordinis Servorum; Orationem de laudibus eiusdem Ordinis; Gentis Gonzagae historiam. *Disertum tamen, & Latine loquentem, nitido & puro sermone scripsisse non dixerim, ut ex hoc Dialogo patet, qui, etsi forte a librariis corruptus dehonestatusque est, asperitatem tamen quamdam, nativamque barbariem praetendit, rebus magis, quam eloquentia pensandus; quamquam si Auctorem, Servitam illo tempore viventem, fuisse cogites, etiam facundia elegantiaque non desit. Adde quod hunc Dialogum iuvenis, ut ipse indicat, scripsit; & quidem quum* Petrus Medices *quadragesimum aetatis annum agitaret, anno videlicet* MCCCCLVI.

„ *In-*

„ *Interloquutores inducit* Petrum Medicem,
„ *&* Marianum Salvinium *Servitam* , *E-*
„ *piscopum Cortonensem* , *qui eius Magister*
„ *fuerat* , *quum* Paullus *septennis Monachi-*
„ *cum habitum in Florentino Coenobio induit*,
„ *ut* Pocciantius *memoriae prodidit*. *Qui plu-*
„ *ria de* Mariano *hoc scire desiderat*, Io-
„ sephum Cerracchinium *laudatum cita-*
„ *to opere consulat*; *nam ipse modo conten-*
„ *tus fuero tradere*, Marianum Salvinium
„ *die XVI. Martii anno MCCCCLIV.*
„ *ordinatum Episcopum Cortonensem fuisse*
„ *Florentiae in Ecclesia* Adnuntiatae *a*
„ *Sancto* Antonino *Archiepiscopo* , *adsisten-*
„ *tibus* Leonardo Salutatio *Episcopo Fae-*
„ *sulano* , *&* Laurentio Iacominio *Domi-*
„ *nicano* , *Episcopo Achaiensi* , *ut ex Instru-*
„ *mento in Archivo Florentino exsistenti elu-*
„ *cet* ; *quam notitiam* Salv. Salvinio , *Pa-*
„ *tricio* , *&* *Canonico Florentino eruditissi-*
„ *mo* , *&* Mariani *gentili* , *ut ipse mihi ad-*
„ *firmavit* , *acceptam refero* . *Sed ut ad*
„ Paullum *nostrum revertamur* , *octogena-*
„ *rius anno MCCCCIC*. *naturae concessit*,
„ *si* Pocciantio *fides habenda est* , *ut vide-*
„ *tur*. *Viros feminasque sui ordinis* , *san-*
„ *ctitate illustres* , *quos hic* Paullus *prae-*
„ *dicat* , *sunt Septem Beati* , *Ordinis Insti-*
„ *tutores* , Sanctus Philippus Benitius ,
„ Bartholomaeus , Ioannes , Benedictus,

 „ Ge-

„ Gerardinus, Alexius, Ioachimus,
„ Franciscus, Peregrinus, Bartholo-
„ maeus Caesenas, Vbaldus, Hierony-
„ mus, Bonaventura, Thomas, Anto-
„ nius, Gabriel, Nicolaus Arretinus,
„ Dominicus, Iuliana, & Ioanna Cre-
„ monensis. *Acri ingenio hominem pru-*
„ *dentemque fuisse* Paullum *nostrum ex eo*
„ *eminet, quod licet suorum heroum mira-*
„ *cula multa adseverate narraverit, prodi-*
„ *giisque interdum vix credendis sine ulla*
„ *haesitatione commentariolum suum infarse-*
„ *rit, miraculum tamen illud maximum,*
„ *multumque decantatum de vultu Imagini*
„ *Deiparae ab Angelo adpicto, narrat qui-*
„ *dem, sed sublestae fidei historiam esse ar-*
„ *guens, vagantem famam testem adhibet;*
„ *pictorumque in plerisque licentiam subin-*
„ *nuens, haud certis monumentis innixam*
„ *traditionem adlegat. Hinc illa:* Quid
„ illa pictoris fama, &c. *&*, Ut mos fe-
„ re omnium est pictorum, &c. *&*, Cu-
„ ius exauditas preces aiunt, &c. *Et*
„ *recte quidem: nam si prodigium adeo stu-*
„ *pendum Florentiae vere contigisset, quo-*
„ *modo* Malaspina *historicus, non multum*
„ *aetate distans, illud tacuisset? Quomodo*
„ *praeteriisset* Villanius, *qui in suae ur-*
„ *bis, & remotarum etiam Provinciarum,*
„ *miraculis enarrandis paullo curiosior pro-*
„ *li-*

,, *lixiorque est? Cur eius* D. Antoninus *non*
,, *meminit?* Ammiratus *omittit? Nullus*
,, *classicorum Historicorum nostrorum comme-*
,, *moravit?* Francus Sacchettius *sua ae-*
,, *tate cultum huius sacrae Imaginis frequen-*
,, *tiorem incepisse testatur*; Angelus a Flo-
,, rentiola *magnam huius Imaginis vene-*
,, *rationem omni alii caussae tribuit, quam*
,, *quod divinitus picta fuerit;* Dominicus
,, a Corella, *Scriptor antiquior, quum de*
,, *hac sacra Imagine prolixe agat, ne ver-*
,, *bum quidem de Angelo pictore facit;*
,, Benedictus Varchius Libro IV. Histo-
,, riarum *eam a D. Luca depictam fuisse*
,, *superstitiosos arbitrari tradit;* Georgius
,, Vasarius (*qualis & quantus iudex,*
,, *Deus bone!*) Petri Cavallini *pictoris*
,, *Romani opus esse censet, similemque ima-*
,, *ginem iis, quae eiusdem auctoris in* D.
,, Marci, *& in* D. Basilii *Florentiae ha-*
,, *bentur. Denique* Ant. Dom. Gabbianius,
,, *nostrorum temporum pictor egregius, quum*
,, *hanc Imaginem Serenissimi Principis ius-*
,, *su, ut vulgo traditur, visitasset atque*
,, *examinavisset, nihil divinum in ea depre-*
,, *hendit; nisi divina dicenda est ars imper-*
,, *fectior, & rudiora lineamenta, & pictu-*
,, *ra saeculi vitium barbariemque praesefe-*
,, *rens. Hinc iure* Gerard. Capassius *Ser-*
,, *vita, multa doctrina, & castigata erudi-*

 ,, *tio-*

„ *tione*, *conspicuus*; *nec non Servita alter*
„ Roboredus, *licet hic scientiam minus ex-*
„ *actam possideret*, *nunquam animum indu-*
„ *xerunt illam picturam tanquam divinitus*
„ *absolutam subspicere*, *contenti tantummodo*
„ *debitam ei venerationem & cultum exhibe-*
„ *re*, *ut haberentur religiosi*, *nec simplicio-*
„ *res merito arguerentur*; *quod vir fide di-*
„ *gnissimus mihi recens adfirmavit*. *Video*
„ *quidem a* Paullo *nostro*, *& illa verba*
„ *addi:* quod nulli dubium videri potest,
„ quum illud per Angelorum manus fa-
„ bricatum sit. *Sed haec verba ex iis*,
„ *quae praecedunt*, *ita accipienda esse elu-*
„ *cet atque eminet*, *ut significetur*, *si vere*
„ *vultus sacrae imaginis nocte una absolu-*
„ *tus fuisset*, *id mirandum non esse*, *quod*
„ *Angelorum opera effectum fuisset*. *Condi-*
„ *tio enim illic necessario intelligitur*, *ut* Paul-
„ li *narratio sibi constet*. *Adde quod si*
„ Paullus *eiusmodi miraculum credidisset*,
„ *huic potius uni*, *& principaliter*, *frequen-*
„ *tioris adsiduique ad eam Imaginem con-*
„ *cursus & cultus caussam attribuisset*; *non po-*
„ *puli Faesulas versus festis diebus deambu-*
„ *lationi*, *&* Martini *V. Pontificis Maximi*
„ *interdicto*, *a quo in Servitarum Ecclesia al-*
„ *tare Deiparae sacrum exemtum fuit*.
„ *Nunc observandum Codicem Laurentia-*
„ *num membranaceum in Pluteo XXIII.*

„ *ad-*

„ *adservari*, *num.* 21. *notatum*, *inscribi-*
„ *que eodem titulo*, *quem Dialogo ipsi prae-*
„ *fiximus*. *Vncialis littera*, *qua Dialogus*
„ *inchoatur*, Mariani & Petri *imagines*
„ *continet*, *primaque pagina Mediceis insi-*
„ *gnibus decoratur*. *In fine Librarii nomen*
„ *ita scriptum est:* Riccius scripsit.

Post Paulli Atavantii *Dialogum*, *posteriorem partem operis* Dominici a Corella, *quod ab eo* Theotocon, *seu* de Vita & obitu B. Mariae Virginis, *inscriptum fuit*, *edidimus*; *eamque potissimum selegimus*, *quod in ea Florentinae Historiae Ecclesiasticae portio*, *Templorum scilicet Deiparae sacrorum*, *quae cum Romae tum Florentiae extant*, *descriptio contineatur*, *quum Opuscula quaedam ad Florentinam historiam spectantia in hoc volumine complecti voluerimus* Dominicus *enim a* Corella *Commentationem illam elegiacis versibus non omnino spernendis constantem in quatuor libros distribuit*, *&* *in duobus prioribus vitam obitumque Deiparae celebrat*, *in duobus vero posterioribus de Templis illis*, *quae diximus*, *agit*. *Hic igitur* Dominicus, Ioannis F. *Corellae*, *Casentinatis agri pago*, *natus est anno MCCCCIII.* *si V.* Cl. Ios. Cerracchinio *fides habenda est*; *&* *quum adolescens Dominicanorum familiae Florentiae nomen dedisset*, *anno MCCCCXXXIV.*

Theologici Magisterii insignibus honestatus fuit. *Quum* Eugenius IV. *Pont. Max. Florentiae, Concilii celebrandi gratia, moraretur, coram eo, & Cardinalium consessu*, Dominicus *orationes ornatissimas babuit; adeo enim pro sua aetate politioribus litteris excelluit, ut* Dantis *Poetae carmina in Atheneo Florentino publice exponeret. Anno MCCCCLXXXIII. apoplexia correptus naturae concessit, quum Florentinum D. Mariae Novellae Coenobium egregie procurasset, cunctoque Praedicatorum ordini Vicarius generalis praefuisset. Praeter* Theotocon, Historiam Florentinorum *versibus pariter contexuit; & orationes, carmina, & hymnos in laudem* S. Vincentii Ferrerii, & S. Catharinae *Senensis elucubravit. De eo autem prolixe agunt* Mich. Pocciantius, *& laudatus* Ceracchinius, *cum quo ea fere omnia pereruditus* Sandrinius *Dominicanus liberaliter communicavit; meminitque* Io. Baptista Casottius *in suis de Imagine Deiparae Imprunetana Commentariis, ubi & versus nostri Auctoris quosdam in vulgus prodidit, quibus de ea Imagine, Ecclesiaque agit*. Dominicum *autem nostrum non tam litteris bonisque artibus excultum fuisse, quam acri interdum iudicio usum arguat, quod de pictura Deiparae ab Angelo salutatae* pag. 111. *loquens, nihil de Angelo pictore dicat, incer-*
tam

tam vulgi famam contemnens; sed pictorem ipsum nominet, satisque indicet Iotto *&* Cimabove *posteriorem fuisse, quum eis illum aequiparet. En versiculos:*

Angelicus pictor quam finxerat ante, Iohannes
Nomine, non Iotto, non Cimabove, minor.

Angelicum autem pictorem nominare videtur, quod Virginis ab Angelo salutatae imaginem pinxisset; unde sensim popularis illa fama percrebuit, Angelum & non hominem tantae imaginis artificem fuisse, iuxta ea que serio indicatoque in X. harum Deliciarum *Volumine expendebamus. Codices huius* Dominici *Operis Mss. exstant Florentiae in Bibliotheca Medicea Laurentiana, in Magliabechiana, in Gaddiana; sed nos e Codice Laurentiano descripsimus.*

Post haec duos libellos ab Alberto Advogadrio *Vercellensi compositos protuli, quibus quidem* Cosmi Medicis *religionem & magnificentiam laudibus fert, sed impolitiori rudiorique carmine usus.* Advogadriorum, *seu melius* Advocatorum, *gens Vercelli nobilissima est; sed mihi multis aliis negotiis occupato de* Alberto *nostro nihil aliud innotuit, quam quod Laurentiani Codicis titulus praefert.*

Dialogus Timothei *Veronensis, qui*

 his

his succedit, ex Codice Mediceo Laurentiano pariter eductus est, ut in Scholio pag. 150. *luculenter indicatur. De* Timotheo *autem* Maffeio *Veronensi scribit in sua* Verona illustrata *clarissimus & eruditissimus* Scipio Maffeius, *eum* Gulielmi *filium*, Paulli *autem* Maffeii *consanguineum fuisse, omnium sacrorum suae aetatis Oratorum facile principem; nam Canonicorum Regularium ordini adscriptus erat, cui quidem ter supremus Praeses praefuit. Non doctrina tantum, sed virtute & sanctimonia etiam insignis fuit; multumque Florentiae moratus est,* Cosmi Medicis *familiarissimus; quare Vir ille princeps Fesulanum Monasterium a fundamentis instauravit, in eoque instructissimam Bibliothecam dedicavit. In Palaestinam* Timotheus *peregrinatus est; tantaque fuit ταπεινοφροσύνη & modestia ut Mediolanensem Archiepiscopatum a* Nicolao V. *sibi conlatum deprecatus accipere recusaverit. Nibilominus* Paulus II. *Archiepiscopatum Ragusinum acceptare eum coegit, ex quo tristis ille perpetuum evasit, quum huiusmodi dignitates semper honoresque refugisset. Scripsit* Timotheus, *praeter Dialogum, quem nunc edimus, librum ad* Alphonsum *Regem Neapoleos, aliumque* de Studiis Monasticis. *Orationes sacrae ex eius ore exceptae exscriptaeque fuerunt. Eius etiam Epistolae quaedam*

dam memorantur, *una ad* Antonium Bossum; *alia* Hortatoria ad Italiae Principes post Costantinopolim expugnatam; *alia ad* Nicolaum V. *Pontificem Maximum*, *qua Mediolanensem Archiepiscopatum deprecatur. Eiusdem Opuscula quaedam cum in Gaddiana Florentiae Bibliotheca exstare, tum in Mss. Cerutiana fuisse perhibetur. Duo Numismata in Timothei honorem cusa laudatus Historicus exhibet.*

Quae a Cosmo Medice *de se scripta edidimus, ea ex Codice Mss. Bibliothecae Riccardianae descripsimus; sicuti & quae sequuntur, ab alio certe litteris mandata, quae statim Cosmiana illa subsequebantur. Ex Codice quoque Riccardiano prodit* Philippi Redditi *libellus*, *quamquam aliud exemplar in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana adservari* Iulius Niger *testatur*.

Tandem Acta D. Romuli *apocrypha adnexuimus*, *tam ea quae ex Codice Mss. Monasterii Bodecensis Bollandiani ediderunt*, *quam ea*, *quae in Codice Archivi Aedilium Maioris Templi Florentini adservantur*, *& quae nunc primum in lucem a me proferuntur*, *saltem integra: quum mutila*, *& prima parte decurtata*, *ediderint iam* Florentinius, & Soldanius, *qui non vidit sua illa Acta*, *quae in calce* Tomi I. Historiae Passinianensis *in vulgus prodidit*, *ui-*

nihil aliud esse quam partem alteram horum Actorum apocryphorum; adeoque alia & diversa ab his esse putavit, & genuina quidem, sed perperam: quum eiusdem falsarii opus esse deprehendantur, ut vir pereruditus pag. 238. *bene ac sapienter observat, & ante eum Bollandiani eruditissimi. Nos autem ideo haec Acta heic in medium produximus, ut ex facili commodaque inspectione, quicumque nare minus obesa instruitur, eorum falsitatem indubitanter intelligat, adiutus praesertim egregiis scholiis & animadversionibus, quas plures Eruditi Viri, quorum nomina opportune indicantur, adposite subiecerunt; & in quibus* Soldanius, Laderchius *nugator alter, pro merito vapulat. Nostra enim intererat, Actorum huiusmodi falsitatem in propatulo magis atque magis collocare, ne in Libro, quem inepti insulsique vitilitigatores frustra, sicut Aesopicus anguis limam, mordent, quique* De Eruditione Apostolorum *a me inscriptus fuit, aliquid temere protulisse videar, quum de missione S.* Romuli *in Etruriam a S.* Petro *Apostolo facta, tamquam incerta, dubitavi. Hac autem sola Actorum expositione contentus fui, quia ea legisse tantum, confutasse etiam, & reprobasse est; & V. Cl.* Petrus Franciscus Fogginius *multiplicibus argumentis, & firmissimis rationibus, cum*

in

in sua XIV. Exercitatione, *tum in doctissima ad Soldanianas nugas responsione, ea omnia alias diluerit atque difflaverit, quae pro Actis illis ridicule excogitari, & imprudenter adduci poterant. At* Fidelis Soldanius, *modo temere blateret, atque aliquid effutiat, vera & solida, & evidentia contemnit ac despicit, utpote qui frontem perfricuit, & falsa ingerere minime veretur. Nam in tertia quidem sua Epistola profert illud palmare mendacium, quo ait a me* Fogginium *apud eum, & quidem ipsius* Fogginii *iussu, excusatum purgatumque fuisse, quum scriptum quoddam Bernae editum contra* Soldanium *paruisset: quod quidem falsissimum est, & id ego numquam feci. Scio tamen* Soldanium *ad incitas redactum illud sibi perfugium adhuc patere arbitrari, Acta videlicet* D. Romuli, *fabulas quasdam quidem continere, sed non ideo tota reiicienda; quum & vera nonnulla complectantur. Sed, heus tu, qua norma vera hic a falsis internoscere potes? Quid tibi monstrat haec esse vera, illa falsa? Si adfirmas haec esse vera, ipse eodem iure negabo: quum eadem maiorque ratio mibi aeque faveat. In tanta igitur confusione rerum totum est reprobandum, quum verum seligere nullo modo possimus. Quod si ulla adhuc regula superest, cuius usu vera a falsis in illis Actis secernere valeamus, una*

est

est Teuzonis Homilia, *quam* Fogginius *vulgavit*, *atque defendit*: *ea enim cum Actis comparata*, *quae cum illa consentiunt recipienda*; *quae ab ea discrepant*, *improbanda*. *Nihil enim in ea fabulosum exstat*. *At vera regula ea est*, *quam S.* Leo *Papa in sua de* Apocryphis Scripturis Sententia, *proponit*, *universa*, *videlicet*, *improbare*, *reiicere*, *exculcare*, *quando falsi aliquid admixtum fuisse deprehenditur*: *nam quae ex* Baronio *adferri possunt ad Acta Sanctorum interpolata tuenda*, *ea ita accipienda sunt ut dictum id de illis Actis*, *in quibus verum a falso facile discerni potest*, *intelligatur*. *Sed ad decretoria S.* Leonis *verba deveniamus*: Apocryphae Scripturae, *inquit*, quae sub nominibus Apostolorum multarum habent semina falsitatum, non solum interdicendae sunt, sed etiam penitus auferendae, atque ignibus concremandae. Quamvis enim sint in illis quaedam, quae videantur speciem habere pietatis, numquam tamen vacuae sunt venenis, & per fabularum inlecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiusque erroris involvant. *Interdicenda igitur*, *concremandaque sunt Acta D.*Romuli, *quae fabulosa*, *& deridicula*, *ut quidem legendo primore adspectu intelligitur*, *eruditissimus* Fogginius *lu-*

luculente demonstravit, & Bollandiani doctissimi dudum animadverterunt, quorum verba heic proferre lubet, & sunt insequentia.

I. Sanctum Romulum fuisse discipulum S. Petri Apostoli, ab eoque ordinatum primum Faesularum Episcopum, Roma Faesulas missum esse ad predicandum illis gentibus doctrinam Evangelicam, passim opinantur Scriptores post S. Antoninum Florentinum, Franciscus Cataneus Diaccetius Episcopus Faesulanus in vita S. Romuli Italice edita Florentiae anno 1578. *Scipio Ammiratus in Episcopis Faesulanis, ibidem* 1637. *impressis; Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae; Placidus Puccinellus in vita B. Andreae Scoti, excusa Mediolani* 1645. *Ughellus in Italia Sacra, aliique, qui de S. Romulo tractant.*

II. Antiquiora consulere monumenta de tanta antiquitate, rebusque dubiis, par est. Habemus Acta S. Romuli varia MSS. quorum quae antiquissima videntur, transcripta nobis fuerunt e Passionali pergameno MS. Coenobii Bodecensis, Canonicorum Regularium S. Augustini, dioecesis Paderbonensis, continente mensem Julium, atque incipiunt: Erat in Civitate Romana homo quidam nomine Argoltus, habens filiam, quae vocabatur Lucerna. Haec cum processu temporis ad nubiles aetatis annos pervenisset ser-

ſervus patris ſui, vocabulo Gyros, venuſti ſatis aſpectus, vehementer urebatur in amore eius, & tandem potitus votis, oppreſſit eam. *Ex qua natus eſt, ut ibidem dicitur, Romulus, qui iuſſu Angeli infans expoſitus fuit in ſilva extra portas Romanas, ibique nutritus a Lupa, eo fere modo, quo Romulus, & Remus Romae conditores.*

*III. Similia bis Acta Mſſ. & quidem duplicia, habentur in bibliotheca Strozziana Florentiae; altera Codice ſignato n. 5. altera n. 11. Priora ab ipſo principio conveniunt cum Bodecenſibus; poſteriora totum principium in pauciora contraxerunt hoc paginarum exordio „ Cum beatus Petrus, Apoſto-
„ lorum Princeps, Eccleſiam ſibi commiſſam
„ augere cupiens, divina revelatione Romam
„ veniſſet, & ibidem varias tribulationes
„ ab idolorum cultoribus propter nomen Chri-
„ ſti ſuſtinuiſſet; atque fama illius, virtute
„ miraculorum, cum turba credentium, cir-
„ cumquaque creviſſet; beatus Romulus, no-
„ bili quadam progenie Romanorum ortus,
„ utriſque iam parentibus orbatus, adhuc
„ parvae aetatis iuvenis, errore tamen infi-
„ delitatis detentus, viſis, atque auditis
„ tot miraculorum ſignis, beatiſſimo Petro
„ adhaeſit, & ab ipſo ſe baptizari petiit:
„ quem Iuſtinus presbyter iuſſu Apoſtoli mo-*

„ re

,, *re ſolito catechizavit, & trina merſione in*
,, *nomine ſanctae, & individuae Trinitatis*
,, *baptizavit. Beatus vero Petrus pater ſu-*
,, *ſceptionis eius effectus, de ſacro fonte ba-*
,, *ptiſmatis ipſum levavit.*

IV. Haec vita Strozziana ſecunda, per omnia ſimilis eſt illi, quam ex Codice pergameno Eccleſiae Cathedralis Feſulanae anno 1655. *acceptam, vir eruditus Franciſcus Maria Florentinius, Lucenſis, inſeruit ſuis* Etruſcae Pietatis Originibus; *quod opus poſtumum, dignus tali patre filius, Marius Florentinius vulgavit Lucae anno* 1701. *Ut autem haec vita Codicis Faeſulani concordat ab initio cum ſecunda Strozziana, ſic utraque in progreſſu convenit cum Strozziana prima, & Bodecenſi, praeter exordia, quae hic breviora ſunt; dignoſcuntur tamen contracta eſſe ex longioribus aliarum vitarum, praetermiſſis illis omnibus, quae primum auctorem fictionis, & falſitatis, maniſeſtiſſime arguunt, quaeque a ſequacibus cognita pro talibus, propterea reſciſſa fuerunt, ut ne lector totam vitam ex ficto principio, fictionis ſubſpectam haberet. Quae tamen ſubſpicio, etiam mutato vitae principio, de reliquis remanere in prudentiorum animis poteſt, exiſtimaturorum, quod, quae a fabulatore maniſeſto incboata ſunt, non abſque fabulis finiantur. Hactenus Ieſuitae illi ſagaciſſimi.*

Errores quidam in editionem nostram Typothetae incuria interdum irrepsere, sed tales sunt, qui facile ab erudito lectore emendari possint. Loci insuper nonnulli corrupti aliquando in Codice Mss. erant, nec facilis restitutio; quare eos in mendo cubare lubenter permisimus, sagacioribus viris emendationem relinquentes.

PAVL-

DIALOGUS
FRATRIS PAULI FLORENTINI

De ori?*ine Ordinis Servorum ad Petrum Cosmae incipit.*

* * *



UM ad Petrum Cosmae, virum quippe adspectu iucundum, & multarum rerum periculo gravem, Marianus Antistes, fama & gloria celebris, aliquando venisset, eiusque comitandi caussa Leonardus eodem perrexisset, inauditam inusitatamque omnium rerum cognitionem, & denique incredibilem, ac pene divinam, eiusdem Cortonensis Episcopi sapientiam suis auribus intonuisse exploratae scientiae est; ut nullius ingenii tantum sit officium, nulla dicendi aut scribendi auctoritas, quae pro rei hominumque dignitate laudem dignam exornare posset. Mutua enim in divam Virginem quadam Petrus caritate flagrans, prior Marianum adfari coepit. Quae non humana, sed divina

ultro citroque protulerunt, narrando digeram. At praeceptor noster Leonardus rediens, & talium verborum dulcedine captus, haec admiratione dignissima commemorans ait: Velles ne, o Paule, id litteris mandare, quod maximum religionis nostrae decus, & iubar immortale sit? Ego vero te docebo omnia haec, quae a clarissimis viris effusa fuere. Quum vero infinita in me officia contulerit, ut redditam haud umquam gratiam putem, & plenum resistere inhumanitatis adparebat in his ipsis, quae relata sunt, par rebus ingenium mihi dari vellem, cuius gratia tantorum virorum doctrinam mortalibus cognoscendam traderem. Quare humanarum divinarumque rerum auctor, pariterque mortalium omnium genitrix, ferte opem; non ut singula divinum ingenium exigentia narrem: sed ut incredibilium partem consequi possim, tum praeceptori Leonardo obtemperandi gratia, tum vel maxime divae Virgini, sui viduitatem gestantes extollendo, morem geram. Rem igitur dilucidam ante oculos ponere festino, si unum illud admonuero ob novarum praeclarissimarumque rerum varietatem. Rem iam ut adgrediar, hoc iterum iterumque legendum.

Libri

Libri principium.

EFflagitasti ex me saepe numero, Petre, quod nostri ordinis exordium, quae dignitas, & adprobatio sit, quum ceteris longe inferiores esse censeamur; quare non parva diligentia, & vetustarum rerum eximia cura, si quid antiquitatis ordinis reperi tibi notum facere curo; quod postquam intellexi, tametsi antea sponte mea satis accurate studio visendi cuncta lustraverim, tamen cognito desiderio tuo omnia perscrutatus sum, & quam diligentissime potui, singula quaeque prospexi, ut tuae quam accumulatissime satisfacerem voluntati; ideo nunc respondendum videtur. Nam ambo ociosi heic cum tranquillitate versamur, si eadem apud te sententia manet. *P*. Nihil, inquit ille, acceptius, aut gratius accidere poterat, quam eorum laudes accipere, quos me non modo dilexisse, verum & amasse, constat. Tanta est enim magnitudo gaudii, & desiderii, ut singula iam audisse peroptarem; huiusque perfruendae laetitiae voluntate vehementer ardeo. *M*. Tunc Marianus sic loqui coepit. Mihi quidem perspicere videtur, o Petre, ordinem

dinem nostrum celeberrimum constare Divae Virginis numine, sanctorum virorum laude, & rerum gestarum ab antiquis splendore. *P.* Ad hoc respondens Petrus, Equidem, inquit, o Mariane, nil aliud reperire possem praeter quod a te commemoratum est, unde magis ordines augeantur, roborenturque; verum nihil adhuc compertum est, cur vos ceteros eodem obedientiae iugo detentos antecellatis. Animadverti enim reliquos Dei cultores singulare quoddam refugium, morum, virtutum, & sanctimoniae exemplum habuisse, velut firmissimam columnam, & totius ordinis fundamentum, quo plerumque magnificari, & ad sidera usque tolli, solent ob praeclaram rerum gestarum memoriam, laudemque incredibilem consecutam. Vobis autem qui sanctorum virorum celeberrimus adsit penitus ignoro. *M.* Heic adridens Marianus, quid narras, inquit? Nam si ita est, cur mortales longe maiora a diva Virgine, quam ab alio quovis Sanctorum, exorarunt? Cur gratiarum & pietatis fons merito nuncupatur, ad quam omnes velut ad singulare solatium, & caelestis vitae fruendae desiderium, adfectant; cuius nos cultores electi non secus aliorum residuum anteimus, atque Sanctorum

 cho-

choris ipſa Genitrix Dei ſuperſit; ſed vulgus nequaquam mirum eſt ſi decipiatur, quum vos ſapientes in hoc plerumque errare admirer. Ego plane doctus experientia rerum hoc tibi adfirmare poſſum, qui Virginis fervore, & caritate tepidi ſunt, eum vitae curſum tenuiſſe, ut numquam ad felicem patriam abſque purgatione pervenire valeant. In hoc enim, ut mihi videtur, ceteris maxime praeſumus, quod humanarum, divinarumque rerum ſcientia, & immortalis Dei genitrice, parentis loco fruimur. Nobis celeberrimi ſanctitate viri favent, ex quibus cuncta miraculorum genera effuſa ſunt. Ac perinde eorum gratia inſignia templa, magnificaeque ſedes, non parva cum religioſorum corona, ea inſuper potentia, ut facile flagitioſos ſubvertere, & bonis prodeſſe, poſſimus. *P.* Haec quum audiſſet Petrus, probe mihi videris, inquit, o Mariane, iſta commemoraſſe. Nam nulla perfectior, nullave ſalubrior gratia eſt, quam quae ex emanante officiorum fonte procedit. Ea quippe arcana aperiens omnium rerum auctorem ad mortalium veniam provocat. Ideo animo eſt quod adſeris. At unum illud obſecro, ut talium virorum egregiam vitam, & ſanctimoniam aperire velis, ut ſiquae in ocu-

lis tenebrae fuere deleantur, quippe qui eorum iam amore & ingenti caritate flagro. Tunc Marianus. Principio virginum Virgo suae viduitatis memoriam deferere volens, septem mirae sanctitatis viros, & totidem Spiritus Sancti donis repletos, tamquam sidera per universum terrarum orbem, virtutum & sanctimoniae radios effundentia, ex omni civitate Florentia elegit, a quibus praeclaram & egregiam originem ducimus, quorum memoria, vita, splendor, & sanctitatis laus, uti singulare ab omnibus exemplum imitandum relicta sunt, qui religionem hanc ita celebrem, ita decoram, nobis vendicarunt; qui hunc ordinem futuris nobis miro amore, mira providentia servaverunt; qui tantam ordinis gloriam in patrimonium reliquerunt, a quibus nondum nati, nondum visi, nondum creati, unice dilecti sumus. *P.* Fuerunt ne, inquit Petrus, hi septem viri ante religionis ingressum tanta reverentia, & celebratione digni, ut tam vehementer accendaris. Intueor enim talium verborum persuasione, dulcedine, atque desiderio, ante oculos meos adstare fulgentissimam septem luminum coronam, non modo celeberrimum ordinem vestrum illustrantem, sed universum fere terrarum circuitum obumbrantem.

tem : Videor, inquam, eius sanctitatis radiis obrui, ut mei ipsius nescius fiam. *M.* In hoc quidem, inquit Marianus, tecum, o Petre, facillime sentio, quod prae nimio gaudio, & narrantis aviditate, quae dicuntur, nonnumquam apud percipientium conspectum adstare videntur. Aut ex ipsorum virorum sanctitate, quum eos in memoriam reducimus, hoc procreatur, quoniam non humana, sed divina laude digni comperti sunt; aut ex audientium desiderio. Hi itaque septem viri tanta in divam Virginem reverentia, ceremoniis, morum modestia, virtutum splendore, & sinceritate ornati fuerunt, quod totius civitatis firmissimas columnas mortales arbitrarentur. Hi ante Mariae Matris in animae & corporis salutem adsumtam viduitatem cuiusdam divae Virgini consecratae domus duces erant, a quibus ducenti viri, & eo plus, in celeberrima societate, admirandaque caritate, rectam currendi formam capere soliti erant, quo festis diebus maior civium pars convenerat, obiurgatisque ibidem culpis, delictorum quisque suorum atrox punitor efficiebatur, caelestis vitae desiderio ducti.. *P.* At profecto vera esse censeo quae, o Mariane, profers; ubi praesertim per divinam spirationem loqui videaris, sed qua

voluntate ordinem istum exordiri decreverint, scire animo est, quippe qui huius admirandae rei gratia a somno & cibo desisterem. *M.* Cui respondit Marianus, Nonne celeberrimum hoc omnium auribus intonuit, gloriosam Dei genitricem ordinis nostri principium, medium quoque exstitisse, & finem fore, atque eius voluntate commemoranda, quaeque gesta fuisse? Demum haec septem sidera, nunc huc ob populi multitudinem, & impetum; nunc illuc migrabant. Denique ad templum Sancti Petri in Cafagio, quod paraverat eis Virgo, devenerunt, ubi & nunc celeberrimum Adnuntiatae altare collocatum est, quod plurimum tua ope tuaque industria extulisti. At paulo post quum fama divulgaretur Florentinam civitatem septem praeclarissimos amisisse cives, quum praesertim maior hominum pars eorum consilio, & rerum gestarum proba auctoritate, regeretur, non parva cordis anxietate angebatur, eius vitae ductores repente deseruisse. Ex Florentia ne criundi, inquit Petrus, fuerunt hi viri? *M.* Immo haud ex obscuro loco, respondit ille. His enim ob variarum, & praeclarissimarum rerum, cognitionem, Sanctique Spiritus effusionem, non parva
adhi-

adhibebatur fides. Idcirco eximia sanctimonia mortales freti diligenter eos inquirebant. Denique, ut immortali Deo visum est, quantum invenientibus superabundaverit gaudii, tibi, o Petre, excogitandum relinquo. Nam quanta delectatio sit re investigata potiri, tibi opinor notum esse, quippe qui talium rerum periculum crebro feceris. Sed ad eos ut revertamur, quum cognitus esset locus ubi versarentur, tam frequens virorum ac mulierum multitudo erat, quod prae nimio hominum sermone, atque impetu, orandi locus minime daretur, ceterosque aetate primus adloquitur. Gratiarum & pietatis uberrimus fons exorandus est, si quid salute dignum, Virginique gratum peragere volumus, carissimi fratres. Equidem videre videor haud locum hunc adquirendae saluti congruum fore. Huic summa rerum omnium opulentia est; dulcissima, & tranquilla, ut sedetur paupertas. Neque tamen pauperum numero conglutinandi sunt, qui sine iniuria suae necessitati ire obviam possunt. Non aedes, non agros, non equos, non ulterius mancipium cupiamus, quae adipisci difficilius, & periculosius est, quaeque animae pretiosissimae rerum omnium gemmae, & mortalium saluti obnoxia

con-

continuam ruinam minari videntur. Haec divitibus relinquenda, amplectenda est tutissima paupertas, totisque viribus conservanda. Hominum confusionem deseramus. Non heic salutis exordium. Operae pretium est antra deserti ad salutem facientia diligenter quam primum adire; illic enim pax, & quies aeterna; illic caelestis vitae fruendae desiderium aderit, & omne bonum pro voluntate effundetur. Denique humanarum, voluptatisque fertilium, rerum nos habebit oblivio. Ac paulo post speciosissima caeli Regina eis in somnis adfuit, quam intueri prae claritate vultus minime dabatur, sicque magnopere questi sunt: Heu miserum calamitosumque mundum, aiunt, flagitia pro adipiscendis voluptatibus sectabamur, quod expedit relinquendo, sectando quod obest. Quos tanto maerore, & anxietate Virgo vexatos animadvertens, sic adlocuta est: Quae causa adflictionis est cultores mei? Vestri nunc consulendi gratia huc adventavi, quos ob meae futurae viduitatis memoriam diligo, dilexi, diligamque semper, atque indice Senarium montem ostendens, Illic quietis, & beatitudinis locus est, evanescens inquit. *P.* Volo etiam, o Mariane, si illic umquam versatus es,

loci

loci amoenitatem narres. Iam enim commodiorem nullum ad adquirendum caeleſtis regni iter arbitror. *M.* Eſt mons, o Petre, a Florentina urbe octo millia paſſuum diſtans, in cacumine planitiem in gyrum habens, unde fons pulcherrimus oritur, ex quo non parvam voluptatem caperes. Illuc igitur feſtinantes poſt debitam Virgini gratiarum actionem, beatitudinis deſiderio adducti nullum corporis aut animi laborem fugiunt, nullum periculum ſubire recuſant; & tugurium quoddam ſuis manibus erexerunt, ubi cibo & ſomno parci nonnumquam ad ipſa arcana contemplanda ſpiritus adſcendebant. Illic caeleſtium rerum dulcedine fruebantur. *P.* Vellem, o Mariane, mihi habitus adſumtionem narrari, a Virgine, an a ſe met receperint. Videntur enim omnia quae a te commemorata fuere nutu quodam divino geſta fuiſſe. Hoc quoque Matris Mariae praecepto perfectum arbitror. *M.* Quum immortali Deo, o Petre, eiusque Genitrici viſum eſt, hi ſeptem viri Florentiam redierunt, crebrisque vigiliis, ieiuniis, & orationibus operam navant, ſui corporis habitum, vitae modum, & regulam peroptantes, quibus Virgo Dei, velut ſidus aureum omnes illumi-

luminans adparuit, & suavissimum somni soporem infundens: Demum peroptata, inquit, attuli, electi filii. Duo sunt, o Petre, munera; alterum suae viduitatis habitum, alterum litteris aureis in sinistra imponendum nomen scriptum. *P.* Idem ne, ait Petrus, quo nunc Virginis Servi vocamini? *M.* Id ipsum, respondit Marianus. Et Angelorum alter ad dextram ductoris nostri almi Augustini patriam regulam aperiens, Ante omnia, inquit, fratres carissimi, Deus diligendus est, ex cuius Spiritus Sancti fervore cetera ad salutem facientia comparantur; alter ad sinistram victricem contra humani generis hostem palmam erigebat. Denique Virgo, Accipite, inquit, huius instar habitus, & divi Augustini regulam imitandam percipite, ut Servorum meorum nomine nuncupati, re ipsa hanc vitae aeternae palmam consequamini; qui singula ferie in memoriam redigentes in beatae Virginis laudem missam celebrari fecerunt, in praeceptamque formam pannis redactis, exsultantes Mariae viduitatem adsumserunt a salutifera Christi Incarnatione Anno MCCXXXIII. Gregorii noni pontificatus anno quarto decimo. *P.* Tum Petrus, Excellentior, o Mariane, ordinis vestri

ſtri origo eſt, atque rebar; quare Virginis numen tanta mentis meae obſcuritate iratum vereor. *M.* Abſit hoc, o Petre; quis enim ex omni multitudine Mariae templum tanta beneficentia, & admirandis rebus, ornavit? Etenim ſaepe accidit, ut magna alicuius rei ignorantia quidpiam nos facere cogat, quod alioquin minus feciſſemus. Nam ſane, o Petre, quorum benevolentia magis accendimur, quam eorum, qui ordinem noſtrum illuſtrem, & ſplendidum rederent? Hoc templum, o Petre, numine Matris Dei latas per oras celebre, opera tua plurimum extuliſti. Neque enim maior benevolentia eſt, quam in eam partem manum adiutricem convertere, quae & digna ſit, & indigere videatur, praemiumque adferre poſſit. Quare piiſſimae matri non modo non moleſtam caecitatem hanc, ſed ſumme iucundam exſtitiſſe cenſeo, ut ex tenebris in lucem ereptus, ardentiori caritate in celeberrimum ordinem noſtrum accendaris. Ceterum, o Petre, quam ex dicendis rebus admirationem capies, cum hac tantula re ingenti maerore & anxietate agiteris. *P.* Ad haec reſpondens Petrus, Sic, inquit. Mihi quidem, o Mariane, tuo lacteo ſermone triſtitia in gaudium

con-

conversa est. Sed aliquid vestrorum patrum narres velim, quorum tuba, & praedicator fieri cupio, ne eodem ceteri teneantur errore. Hi namque putandi sunt veri honores, beatique illi dicendi, qui ob praeclara facinora in hominum ora volent. Neque silentio, aut taciturnitate subiacere fas est, quorum tute, beateque vita agitur. *M.* Haec quum audisset Marianus, tuae, inquit, cupio morem gerere voluntati, o Petre. Almus Philippus ad Servorum ordinem illustrandum a Diva Virgine electus eadem hora, die, mense, & anno Florentiae ortus est, in quo illa septem sidera Mariae viduitatem sumserunt. Dominicus Bononiam, Franciscus Assisium, hic quoque Florentiam illuminavit. Mater vero eius, quum iubar quoddam in quiete parere videret, hunc protinus enixa est; & in adolescentia litterarum studiis traditus, maximam sibi fidem comparavit. Iamque divinitatis particeps, quibusdam signis extrinsecus hunc in Dei Matrisque conspectu gratum fore adparebat. Itaque, ut paucis multa complectar, in provecta aetate, ad idem Adnuntiatae altare, quod tantopere ornasti, profectus est, in terramque prostratus admirandum plaustrum intuetur;

in

in quo Virgo undique Angelis ornata eminebat, cuius ovis, & leo, in mansuetudinis, fortitudinisque signum, ductores erant; quod columba simplicitatem adferens ambiebat. Tum Angelus clamans, Philippe, inquit, accede, & adiunge te ad currum istum: raptus est spiritus eius, & iterum eadem vox suis auribus intonuit. Vidit dolosam serpentium aliorumque generi humano obnoxiorum animalium sentum cenique viam plenam, mundi huius vanam fallacem, teterrimamque cum spe fortunam aperiens, & quid denique mundus sit, palantem. Is contra vitia rigidissimus punitor, honestae vitae & sanctimoniae exemplum erat, pro quo accersendo Curia Romana usque ad extrema terrae misit, ut summo sacerdotio fungeretur. Hic est eo tempore, qui Benitiorum genus ad sidera usque tulit. *P.* Intueor, inquit Petrus, & admiror singularem virum cunctis exstitisse virtutibus, & miraculis redimitum, imo, quod maximum duxi, beatissima cum Deo fuisse necessitudine copulatum. *M.* Hoc, Petre, ex rei veritate, & maxime procreatur observantia. Nam eorum vitam diligenter imitari cogimur, quos moribus & sanctitatis signis decoratos cognovimus.

mus. Sed longe magis obstupesceres, si adolescentis Pauli opusculum quoddam in huius viri laudem legeres, ubi, velut ex mare flumina quaeque originem trahunt, ita ex viro Dei omne miraculorum genus oritur, & in propriam sui laudem revertitur. *P.* Mihi quidem videri solet, o Mariane, quamdam divinitus adiunctam esse gratiam huiusmodi viris, ut eis actio, idemque perfectio sit, quum tot generi humano gratias donare, & tot beneficia conferre, possint: *M.* Ita est, o Petre, ut putas, inquit Marianus. Hic etiam nonnullos ex mortis faucibus evocavit, sed iam maiora parantur. Neque unico viro ordinem nostrum illustratum intelligas. Nunc tibi ostendam quale illud septem virorum decus fuerit, o Petre, qui tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, summam cum tranquillitate pacem adepti caelorum regnis maxima cum aviditate fruantur. *P.* O utinam dies hic annus efficiatur, o Mariane, quadraginta annos natus non tantum ex quapiam re gaudii excerpsi, quippe qui prae nimia dulcedine atque suavitate deficere iam iam celerius, atque animus cupiat te finem adgredi, cernere videor: perge inquam, Mariane mi, obsecro. *M.* Quod

Ma-

Marianus tacitus desiderium percipiens, Me ne, o Petre, oras, inquit, scilicet ut praeceptionis locus haud relictus ob nostram amicitiam sit. Primus itaque verbis, & rebus, Bonusfilius adest. Vir sane rerum omnium laude florentissimus, qui scripturarum ingenio in altum volans in ordinis decus, & argumentum electus est, latrantiumque obiectiones confringere satagit. Is adversus quemdam fidei sectatorem quaestionem valde insignem habuit, ut sua sapientia haereticum in tenebris, generisque humani teterrimi hostis laqueis constitutum, in lucem claram redigeret, idcirco hoc ceterisque sanctitatis signis merito decorandum censeas. Nam sat laude dignum existimo eum, qui relictis opibus, atque nobilitatis genere deposito, se se Deo, & Genitrici, dedicarit. *P.* Cui Petrus perpetuis hunc splendoribus, o Mariane, merito decorari sentio. Ille namque laudandus, qui haeretico instans pretiosissimam rerum omnium animam suo Creatori reddidit. Neque, ut opinor, eleemosynae, vigiliae, aut orationes, immortali Deo sine fide iucundae sunt, non ipsa denique sacrificia tantam divinitatem scandunt. *M.* Nec secus, o Petre, integer Bartholomaeus vitam vixit, qui sanctitatis meritis non

diocriter effulsit, cuius ingenium faciliter cognoscere posses, si prolixius narrandi tempus daretur. Ad hunc febribus laborantes accedunt, quem claudi cupiunt, luminibus privati adfectant. Ex quo aegrotantium quodvis genus optatum exorat, & quod admireris hoc est. Rusticus quidam octavum agens aetatis annum in Senarii Montis planitie fontem ambiens, sitiensque aquam, praeceps labitur, cumque ex sibilantium ventorum sonitu illius clamantis vox minime audiretur, ultimum vitae diem obiit. At hic clarissimus Dei cultor aquam turbulentam hauriens, neque mirari desinit; quem exanimem ubi primum conspicit, ipse quoque se se praecipitem in fontem misit illius extrahendi causa. Demum, o Petre, tantam eum lacrimarum vim effudisse cerneres, qui neque maioris suam quam illius mortem fecisse arbitror. Tum omnipotentem Deum, & Genitricem eius, ardenti quodam animo obtestatur. Neque orationem absolverat, quando puer exsultans, o Dei cultor, inquit, vidi orationes & lacrimas tuas in Virginis conspectum ascendisse, eamque ex Filio, & Natum ex Patre, pristinam mei vitam exorasse. *P.* Ita ne est, o Mariane, inquit Petrus, virum

Dei

Dei Bartholomaeum tam gratum, tamque iucundum Virgini exstitisse? *M.* Nequaquam mirum est, o Petre, quoniam maiora quidem, & excellentiora supersunt.

Aliud ordinis nostri fundamentum, & decus immortale ostendam, cui Iohannes nomen adest. Hic Spiritus Sancti gratia vir summa laude dignus habetur, ut ne quidem huc usque apud quemquam ignotus exsistat. Primo virtutum peritia sacro Christi lumine illustratus pro nostro plurimum ordine laboravit, & rerum fidelium flagravit studio, & sui patrimonium nihil pensi habens, pauper Virginis viduitatem inchoavit. Quare sanctae vitae celebrandae ardentissimus, & caritatis dulcedine ebrius factus, valida corporis tormenta haud horrebat. Taceant itaque, qui servis Dei detrahunt; neque semper religionem sanctam vilipendant. Erat civis quidam Florentinus ob volantem divitiarum famam nobilis, qui Antonius nomine vocabatur, & quadam die ad Iohannem deambulationis gratia venit, de egregia viri virtute certior fieri cupiens, cuius sententiam Iohannes a longe intelligens, Heu, inquit, miserum corpus divitiarumque catenis involutum, pauperum labores adripis, alteri necem, alteri ve-

ro pro voluntate ſalutem tribuens. Non ſic. Caelorum enim regnum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Quod civis auribus intonans in maximum timorem territus incidit, ne egregia viri fama vulgus in ſpem erigeret, quo iucundiſſima mortalibus vita haud unquam frueretur; quod & factum eſt, ut illum veneno necare ſtatuerit, & vino infuſum ei per anulam quamdam tradidit ſub eleemoſynae ſpecie. At Iohannes Sancto Spiritu erudiente, Quod mi paras poculum, bibe, inquit: quae prae verecundia & timore, facti neſcia libare volens a viro retenta eſt. Et quidnam pater hoc poculi eſt, inquit? cui Iohannes reſpondit: Illi qui te mihi hauſtum letalem impendere iuſſit, edixeris me poculum hauſiſſe omne; verum ei pro me moriendum eſt; & ſigno Crucis adhibito vinum audacter ſumſit. Mira res! eadem hora Antonius ille abſens repenti lapſu moritur; Iohannes ſoſpes ſervatur: etſi mortiferum quid biberunt, non eis nocebit, Evangelium praedicat. Quamobrem quantis exſtiterit meritis, quantaeque virtutis amplius elaborandum ſermo non exigit. *P.* Et Petrus, Bene hercle, inquit, o Mariane, videris narraſſe, ſed tamen haud taciturnitate ce-

teri

teri praetereundi videntur. Unum enim in septem corporibus versatum animum conspicio. *M.* Nec aliter, o Petre, duplici Benedictus merito inter hos viros adgregatur. Nam litteris floruit, & sanctimonia claruit, qui unus ex septem hunc ordinem inchoantium exstitit, qui semel immortalitatem animae, aeternamque mundi famam consecutus est. Dignum, o Petre, censeas, tanti viri memoriam agere, qui mortalibus gratus, ordini gratior, & Deo gratissimus fuerit. *P.* Equidem, o Mariane, inquit Petrus, quamvis non ea dicendi facundia sim, vellem tamen ab immortali Deo mihi datum, ut tecum tantorum virorum gesta, divina cognitione, consequi quirem. Verum cum sanctitati condigna merita reddere haud valeam, uberrimam saltem ac maximam praesto voluntatem. *M.* Hic vir clarissimus, inquit Marianus, caelestis patriae desiderio raptus, hominum confusionem horrens, Senarii montis accola effectus est, atque illic Apostolorum morem tenens, manus imponens aegrotos, quamvis arduos, liberabat. *P.* In monte ne, o Mariane, ista fieri consueverunt? *M.* Et illic, o Petre, omnem serpentium ferocitatem Crucis signo adhibito perime-

re consuevit; homo quidem mirae simplicitatis claris mortalibus emicuit signis, qui totus Dei obsequio deditus herbis plerumque substentabatur, cui merito dici potest, iacta cor tuum in Domino, & ipse te enutriet. Ad hunc magno fletu adfines nepotem claudum, & mutum adferunt, si eius virtute & sanctitate illum reddere posset incolumem postulantes. Nunc Deus, inquit, carissimi votum vestrum absolvet, ex quo cuncta quaevis bona procedunt. Tunc paratus ad Missam sacrificium Deo adferens, & ea absoluta manibus infirmum adducens, recte pedibus sustulit liberatum. Ac perinde Corpus Domini ore infundens exacta communione loquendi tribuit facultatem. Quamobrem nimia admiratione, gaudio, & timore, pro admirandis gestis repletus populus exsultavit. *P.* Mira sane, o Mariane, narras. Tantam enim in Benedicti laudem dixisti, ut nil maius, aut excellentius, in ceteris superesse credam. *M.* Hei mihi quid, o Petre, narras. Gerardinus ante oculos meos ardentissimus Virginis cultor adstare videtur, qui genere clarus, virtute & sanctitate clarior, litteris non mediocriter valuit. Inter cetera suis praedicationibus complures haereticos, qui eo

tem-

tempore hic abundabant, ad Christi fidem reduxit. Hic clarus, potens, & excellens consilio & doctrina apud quemquam gloriosus erat, & semper in pulpito divino amore flagrabat. *P.* Obsecro, Mariane mi, unicum saltem Gerardini miraculum in cognitionem nostram veniat, & nihil audientem remoretur; dumtaxat admirabilium rerum dulcedo, & voluptatis in hisce rebus amor me habeat, & qua soles facundia viri gesta prosequere, cuius facta omni ratione praestantia elegantem perpolitumque calamum exigunt. *M.* Id optas, o Petre, narrari, quod in lacrimas utrumque prorumper faciet. Absolvam tamen animi tui ardorem, tum ob austerrimam in miraculis vitam, ob dulcissimamque Patriae memoriam; tum vel maxime, ut divina humanis saltem memoria praestent. Is cum iam quatuor & sexaginta annos natus esset, maxima aviditate, & non parva lacrimarum effusione, mortem orat, cui duo visibiliter cantantes Angeli adfuerunt, qui, Gerardine, aiunt, carissimam creatori animam reddas. Accipiebant, o Petre, gloriosissimam illam gemmam, alter ad dexteram, alter vero ad sinistram, in divae Virginis conspectum portantes. Et

ecce ſextus Patrum noſtrorum ordinem incipientium nomine Ricoverus in eodem loco iacens, illudque animadvertens, clara voce inquit, Gerardine, Gerardine, me, inquam, obſecro maneas; cuius ſtatim animam Angelorum alter accepit, quoniam & hic gratiſſimus in Virginis conſpectu exſtiterat. *P.* Stupenda quidem, o Mariane, narras, ſed quid ceteri fratres illa corpora exanima invenientes rati ſunt. *M.* Nulli dubium, perfectos viros rei veritatem quam primum cognoſcere, ſed ut intelligas Ricoveri doctrinam, hic Florentinorum Lucifer, Theologiaeque lucerna, ad quam mortalia vix aſcendunt pectora, vel ingenia, pulcro ſermone, aureoque ore univerſa locutus eſt. Et ſane egregia viri opera an abortiva deſiliant neſcimus. In caſum nihilominus elaboraſſe conſtat, ubi nihil ſoni reddiderit inſtrumentum. *P.* Tum Petrus, o felicem me hodie. At cedo, aliud ne ſidus ſupereſt ad ſeptenarium numerum abſolvendum? *M.* Alexius, o Petre, eſt, qui ſanctitatis exemplum animam Deo reddidit immortalem. Is propter decem & centum annos quietem adpetere debuerat, ſed omnia corpori obnoxia diligenter inveſtigabat, herbarum cibos ca-

pere,

pere, lectumque non infirmitati, & membrorum gravitati, congruum quaerere. At ne bestiis quidem & feris atrocissimis. Nam super humum & nudos asseres iacere, non in vitae longitudinem sed privationem vertitur. *P.* Quid igitur causae est, o Mariane, hunc prae ceteris tantum supervixisse? *M.* Idcirco, o Petre, ut ordinis originem, sociorumque facta, alicui scribenti narraret; ne tanti facinoris memoria abesset. Cum vero ad extremum vitae diem devenisset, Angelos instar pulcherrimarum avium contra se volantes intuitus est, Christumque in speciosissimi pueri formam earum medium tenentem, qui ei coronam in capite pulcherrimam florumque fertilem ponebat. Hunc, o Petre, maximum ordinis nostri decus fuisse putandum est. *P.* Tanto, Mariane, gaudio adfectus sum ex talium virorum cognitione, quod totum me laetitia plenum conspicias. Gaudeo, siquid umquam in ordinem vestrum contuli. Augetur animus, vires crescunt, ob amorem erga praedicta lumina meum. Nunc vos felices video, qui numina ista apud Virginem intercedentia, Virginem apud Filium, Filiumque apud Patrem, quo nihil dignius, nil melius, nil propitius, aut

exo-

exorabilius eſt. Deſino, inquam, mirari tantum vos ex diva Virgine benevolentiae, & caritatis comparaſſe; haec cauſa veſtrae felicitatis eſt. Hinc Adnuntiatae miracula orta, hinc univerſus mundus ad vos properat, hinc omne denique bonum procedit. *M.* At profecto, inquit Marianus, nihil adhuc admiratione dignum compertum habes. Quoniam ab his, non tamquam a dignioribus principium dicendi ſumſi, ſed ut percepto ordinis exordio finis admiratu digniſſimus ſit. Nam & Senenſe decus Ioachimus adeſt, qui ab illuſtriſſima Pelacanorum proſapia originem traxit, celebris ordinis noſtri gloria, morum iubar, & rerum ſanctarum ditiſſimus, virtutumque fulgore prae ceteris ornatior. Hic ſumma omnes beneficentia & caritate amplectebatur adeo, ut aegrotantium nullum eo tempore incuratum amiſerit. Sanare aegrotos, claudos erigere, & mente captos reſtituere, & denique ad lucem priſtinam ipſos mortuos revocare. Ioachimi nunc, o Petre, ſanctitatem enarrare haud animo eſt, quem apud Senenſes, veluti clariſſimum ſpeculum, hominumque decus celeberrimum, inveni; cuius ipſe vitam, ut mare quoddam, videre poteris quam tuae domi nationis

tionis servus, nostraeque Congregationis Frater Paulus scribens; tanta rerum gestarum suavitate tenebatur, ut haec ex eius ore verba inter cetera emanarint. Et plane cum tantae virtutis fuisse mecum ipse considero, non abs re putem providentia divina natum, ut esset, qui eam aetatem candidissimarum virtutum meritis & singulari facundia illustraret.

P. Ambiguus profecto, o Mariane, sum ob tantarum & variarum rerum cognitionem, quam sententiam in medium adferam, cum non nisi divinum ingenium in hisce rebus exigatur. Sequere, inquam, neque nostrum iudicium exigas, quoniam prae tali cogitatione simul cum admiratione, neque mens, neque ingenium, satis officium suum facit. *M*. Tum Marianus, Ardentissimus Christi sectator Franciscus celeberrimam vitae famam ubique reliquit illustrem, cui Virgo opem ferre semper solita erat, quod in eius historia idem Paulus ad Pium Pontificem secundum probe in lucem reddidit. *P*. Quid hic, o Mariane, egregii ostendit?

M. Visum est saepius, respondit, in salutiferis eius ad populum praedicationibus ab Angelorum manibus ante eius

ocu-

oculos codicem apertum teneri, quae omnia, uti scripta erant, spiritus fervens summa cum caritate, & virtute, efferebat. Innumerabilia ab eo aegrotantium genera curata accipio. Hoc taciturnitate, ut alia omittam, neque praeterire possum eum quatuor exanimes pueros ad clariorem lucem reduxisset. Demum, ne diu laudibus viri immorer haec commemorans, illico eius vitae gloriam sanctissimo calce claudere propero. Nam primo Virgo Mater huic cum Filio in sinu adparens, Quam, dixit, Francisce, tibi gratiam referam, cum me tam vehementer dilexeris. Dignum est, Filius respondit, ut qui nos dilexit, nobiscum superna in patria versetur. Et in eamdem Mater, & Filius, Veni, veni, vocem proruperunt; ac statim alma confessoris anima migravit ad astra. *P.* Caelesti hic, o Mariane, merito gloria decoratur, sacrisque adgregatur agminibus sanctorum, splendoribus effulgens. *M.* Dum haec tibi, Petre, narro, venerandum Furleinense iubar Peregrinum me obiurgare visum est, quem si unico virtutis merito, singularive experimento, inter ceteros enumerandum putem, redargui vereor. Quam egregiae beatitudinis haec praeclara exstitere! Quare ut celeriter ortum cum fine

ne claudam, omnibus hunc viris Italiae sanctimonia nominatis aequandum censeas. Quid moror, o Petre? Vellem, simulque nollem, amplissimum laudum campum ingredi; sed hoc tibi polliceor, eius alibi, & in maiori ocio, narranda gesta reservavi. At nunc tibi plura sub brevitatis serie exsolvere placeat; horrenda namque pro immortali Deo pertulit. Quod si in eius perpetua laude verser, centum haud horae sufficerent, cui humanarum, & divinarum rerum Auctor condigna merita retulit, ut eadem Christi discipulis, & Peregrino potestas daretur. Nam praeter ingentia miraculorum signa, nonnullos iucunda, & amoena vita privatos in eumdem statum retulit. *P*. Ingens me hodie, Mariane, voluptas habet, nec quicquam per hoc tempus amabilius, aut desiderabilius, & salubrius accidere poterat, quam ex tuo, lac & mel emananti ore hoc audivisse, per hoc enim maiora longe fecisse inspicere possum. *M*. Immo, Petre, ex unico frumenti grano, pauperum domicilio horrea adimplebat, vinumque ex nihilo in abundantiam redigebat. Quid iam plura loquar? ea huic desuper gratia datur, ut pauci admodum eam consecuti sint. *P*. Hoc unum, Mariane, miror, hos canoni-

nissando viros non esse seculorum memoriae datos, ubi multi inferiores anteierint. *M.* Ad hoc lacrimis irrigatus respondere, o Petre, cogor, heu heu! nostris temporibus cuncta venalia, & ipsa demum sanctitas apud nos venditur. Nimia ordinis paupertas hos omni laude dignos viros ab hominum memoria retraxit. At unum illud me totum reficit, & recreat, quod apud immortalem Deum nobiles sunt. Sed ad nostrum propositum revertamur, obsecro. Nam maxima pudoris, modestiae, & sanctitatis observantia nunc in mentem venit. Is Bartholomaeus est, tot pro Christi amore labores perpessus, ut non modo pelle, sed nervis, se se spoliaverit. *P.* Nostra ne, Mariane, patria hunc virum genuit? *M.* Nequaquam, inquit Marianus, quoniam natura non unicae civitati cuncta concessit. Venit Bartholomaeus in hunc mundum, ut suam Cesenae patriam illustraret; venit ut malorum impetus comprimeret; venit ut bonis ab immortali Deo merita exoraret; huius plerumque animum in pulpito ereptum videas, ab Angelisque in sinum auctoris deportatum. Mirantur omnes sermonis absolutionem exoptantes, hunc extollunt, hunc praedicant. Hinc, o Petre, sancta-

ctitatis fama orta est, & ad nostrae civitatis aures velocissima pervenit. Audit hoc mulier ob atrocissimum morbum cum duobus filiis in extremis laborans, maxima devotione Bartholomaeum videre adfectans. At in somnis Bartholomaeus in statu quodam prophetico hoc mulieris desiderium cognoscens adparuit. Ostende, inquit, soror, propter quod tantopere doles, & suam filiorumque illico sanitatem reddidit. Hi sunt quos habuimus in derisum, & in similitudinem improperii, quorum vitam existimabamus insaniam, qui tam grati, tamque accepti in Virginis conspectu fuere. *P.* Tum Petrus, Iam cum Gregorio loquar, inquit. Illic animus meus cupit resistere, adsistere, ubi se cum his viris sperat sine fine gaudere, & doleo cur non tanta observantia digni viri nostra aetate reperiantur, quorum ardentissimus imitator essem. *M.* Hac quoque, o Petre, tempestate colendi viri reperiuntur, ad quos cum pervenero, mirandi dabitur facultas. At nunc clarissimum virginitatis speculum Ubaldus ante ferendus est ex Burgo Sancti Sepulchri claram originem ducens, qui humanitatis, philosophiae, & theologiae radiis illustratus, celeberrimam morum,

vir-

virtutum, & sanctimoniae famam dereliquit, cuius gesta tradere cupiens perstrepit calamus in stuporem ductus, animus haec scribere contremiscit. Nihil condignum, tantoque viro idoneum perrumpere posse credo, sed paucis tamen eius apud te cognitionem aperiam. Is a teneris annis religiosam vitam coluit; dumque adolescens, & iuvenis esset, civili ocio cedere, & litteris operam navare secum instituit, demum religionem hanc secundum divae Virginis praeceptum, se obsequio sanctorum virorum tradens, ingreditur. *P.* Cedo, Mariane, quae corporis habitudo, & qui cultus erat huic? *M.* Dicam sane, o Petre, hic corpore formoso, staturae grandis, pauci admodum somni, intensique laboris; hic in ictu temporis quemvis aegrotantium liberabat, quod plerunque nonnulli invidi diabolica arte fieri rati sunt. Si quando fratribus panis vel obsonium defuisset, orationem faciebat, & ornatam divinitus mensam conspiciebant, ex qua mira suavitas in vescendo oriebatur. *P.* Talem se hic mortalibus, o Mariane, praebuit, ut non fugiant, aut horreant; sed tota mente, toto animo, totisque viribus imitentur. *M.* Cum autem Marianus eum ardentiorem fieri ani-

animadvertit ex parvis, inquit, licet ad magna me transferam. Divus Hieronymus ille est, qui ob miraculorum fertilitatem, celebre nomen Burgo Sancti Sepulchri dedit; hic spiritu rapiebatur in caelum. Porro numquam clara sine invidia fama fuit. Quidam ei fratrum detrahens statim in terram labens ultimum vitae diem ingressus est; in quem Hieronymus misericordia provocatus, in pristinam vitam redire fecit. Quare ab omnibus veneratum accipias. Non tamen eum ordinem, quo sui de verbo ad verbum scriptitarunt, impendam, ne nimia verborum prolixitate a primordio nostro decedam, & ceteris dicendis locum occupem; aut tibi, o Petre, taedium pariam. *P.* Probe, o Mariane, factum est, in his sermonibus medullitus enucleatam substantiam depromere. *M.* Ego quoque in eamdem sententiam devenio, sed ad rem nostram, respondit Marianus. Ita eius oppidum totum gaudii repletum exsultasse scias. Sed quid remoror horum in descriptione ludibriorum quae humanarum mentium, levissimarumque gentium blandimenta sunt. Summa hic omnes caritate amplectitur, omnibus morum, & continentiae exemplar est, ciborumque parcitatis. Quid plura

loquor? *P*. Omnibus, ut video, inquit Petrus, ſanctitatis iubar. *M*. Maturo tandem aevo, ſumma populi moeſtitia celeberrimum vitae diem clauſit. *P*. Ad haec Petrus, Sic, inquit, ſilentium rumpere non audeo, & quaſi mutus obſtupeſco; inceptum cupienti narra. Aliud eadem patria ſidus aethereum genuit, Andream, virum quidem egregium, inter ſublimes atque praeclaros ordinis cardines copulandum. Hic vivens moriensque beatae vitae cupiendum nomen deſtituit; dumque corpus dormiret in pace, trium dierum, noctiumque ſpatium per ſe campanae ſonuerunt; quod omnium animos, cordaque, erexit. Demum pulcherrimum cum palma lilium ſuper eius ſepulchrum oritur, & frater quidam poſtquam lilium legere cum palma voluit, ſtatim evanuerunt. *P*. Equidem hoc idem, Mariane, cenſeo, haud fas eſſe divina ab humanis tangi. *M*. Quid demum Chriſti miles Bonaventura? Nec immerito a bonitate ſibi grande nomen ſumſit; hic contra acerrimum hoſtem victor gloria decoratur, genus ex Piſtorio ducens, non infimum, nec maximum. Nam medium tenuere beati, & medio tutiſſime itur. Is corporis animique viribus non parum valuit, in vigiliis tolerandis aptus,

virtu-

virtuteque peritiſſimus fuit. Neque ſanctitas laborumque relatio abfuit. Nam in eius obitu a quibusdam Angeli cantantes auditi ſunt, Veni dilecte, veni; & animam illam abſque macula in Dei Virginisque conſpectum deportarunt. Talia audientes veloci pede currebant, & fruſtrati exanime corpus invenerunt. *P.* Hoc, o Mariane, adſerere audeo, niſi amor a veritate ſenſum auferat, omnium religionem veſtram feliciſſimam fore. Nam ego talium virorum laude prae nimio amore in ſpem erectus, nulli rei laborem ineſſe putabo, ſed tamquam dux inceptum proſequar, ut ardentiori animo tepidi efficiantur. *M.* Quem hilari admodum facie, & ſereno vultu, Marianus, ob verborum amoenitatem intuens ſic adfatur: Dux eris, & haec nomen tuum uſque ad aſtra ferent; animam vero tuam in ſinum Abrahae Patriarchae Angeli deportabunt immortaliter caeleſti ſede fruituram. Redigitur, o Petre, mente volutanti, ex Urbe veteri inſignis in memoriam Thomas, qui Mariae zelo raptus, caeleſtisque ſedis adfectatione latus, ordinis noſtri cultor efficitur mirabili Matris Dei ſapientia educatus. Quidam ob patrata furta ad necem deputatur; pio Thomae vovit; & nocte cuſto-

 di-

dibus ſuperna ſomni flagrantia dormientibus incolumis fugam adripuit, paucisque poſt diebus eo quod votum non abſolverat in idem crimen incurrit, Thomae ſe recomendans, iterumque meritum vitae recipiens, omnia ad unguem exſolvit. *P.* Non parvus, Mariane, admirationis locus relinquitur, nullum intactum ab his viris miraculi genus, nec ab re prae ceteris vos electos intelligo. *M.* Mira res, o Petre, eſt Antonius ex Viterbio; vir praeſtans apud omnipotentem Deum magnopere excelluit. Nocte quidam freneticus magnis admodum clamoribus ceteros vexabat, & Antonius adſens languentis pietate concitus, ad frenetici cubiculum conſolandi gratia perrexit manum capiti imponens ſtatim defuit infeſtatio, deinde pro eius ſalute preces effundens, mente ſanum, refectumque, ac ſalubri potitum ſanitate reddidit. *P.* Mutus ſane, Mariane mi, pro laudandis viris, ob rerum fertilitatem efficiar. Volenti namque de unico gratulari omnes una in linguae velocitatem currere videntur. *M.* Ita eſt, o Petre. Nam infiniti memoria digni adeſſent, ſed felix inter alios Gabriel connumerandus eſt, qui gentium ſtrepitum horrens, Senarium montem ſumma ſanctitate coluit,

Flo-

Florentiamque haud placere palam praedicat, quippe quae exercendae ſanctitati obnoxia ſit; quumque ubique notus geſtis eſſet, propinquum ſe morti conſpiciens, hilaris ſemper Virginem orabat. Quare actum eſt, ut binas dormiens & aureas videret ſcalas, in quibus ſex cum dimidio morituros fratres accipit, dumque praedictam viſionem aperit, ecce ad ianuam una cum filiis parentes illum videre peroptantes. Quod fas quum minime ſit mulieres Dei cultorum ſedes ingredi, felix ita Gabriel foras aegrotans abiit; &, Lugetis ne me? inquit: hos potius in mundo calamitatum, miſeriarumque fertili, & diaboli laqueorum, catenarumque pleno: & in quietem rediens unus ex profeſſatis fratribus exſultantem animam ſuper ſcalas aureas conſpicit; ac ſummo clamore, Cur, inquit, care frater, non me manes? cuius Continuo anima evanuit. Sex itaque fratres univerſae carnis viam ingreſſi ſunt, primum autem pro dimidio ſemimortuum habuerunt, quos omnes vidimus, & adlocuti ſumus. Hi ſex fratres non parva obſervantia digni fuere tum virtutum ſplendore, tum etiam eorum ab immortali Deo dote, quorum nihil in preſentiarum neſcius admirabilium rerum attingam; ſed eorum ſit ſa-

tis animas super scalas aureas exsultasse. Sed quid, o Petre, agis? quid mente volutas? quid tantum cogitas? fieri ne posse ambigis, quae tanta brevitate commemoravi, an maiora & adiicienda his miraris? rei veritatem nedum persuasi? *P*. Ego, mi Mariane, sermonem nunc tuum audivi, sed nequaquam intellexi. Tanta enim erat dulcedo alienati spiritus a corpore, & cum his, quos paulo ante connumerasti, benevolentia coniuncti, adeo connexi, ut eadem beatitudine iam illis me crederem consortem. Tenebar sane quodam sermonis lepore, quadam vitae suavitate, caelestisque regni fruendi desiderio, omnino a terrenis rebus alienus, caduca vilipendens, humilia abiiciens, ut cum eis tandem possem immortalitate connecti, quibus vidi & intellexi quidem nullum adesse crimen, nullam animae maculam, quin caelesti corona fruerentur; & eis perfectam gloriam, immortalisque Dei praemium absolutum inspexi, quippe qui ante Virginem, ut claritatis sidera, ut luminum mortalibus lucernae, reducendorum in patriam malorum vestigia, via errantium, salutemque optantium portus, virtutum itinera, morum, modestiae, sanctitatisque ubique exempla prae-

cla-

clarissimos radios effundentia. *M.* Gratia quoque, o Petre, cognoscendus est; hic mitis, clementisque naturae fuit. Nec immerito ex nomine rem sibi sumsit, quum non parvam ab immortali Deo ex proba vita gratiam sibi comparaverit, & primo Senarium montem coluit, ut more nostro superflua resecans media tantum carpere laborem. Huic non parva desuper gloria, & laus data est, quum ad excelsa divinitatis fastigia traheretur, cuius historiae culmen adtingere, paucisque explicare non possum. *P.* Inter frondes, ait Petrus, multiplicesque ramos miraculorum fructus tantum elige. Nam lectorum exorientium mentibus hic satisfieri curavi. *M.* Praeter alia, respondit ille, hunc in vitae calce coturnicem adpetisse comperio, & repente ante eius conspectum adparuit, eamque coquendam dixit. Quo facto, quum in duas esset partes divisa, invicem coniunxit, anhelitumque in eam infundens ait, Hei mihi ob moribundum corpusculum hoc fragile creaturam Dei peremeram, iterumque evolare fecit. Ipse autem moriens multa reliquit sanctitatis signa, quae ob temporis brevitatem tacenda duxi. *P.* Ita, o Mariane, est, quod totam sanctitatis machinam uno

confectam homine breviter explicare non possumus, sed alium iam adgredere. *M.* Petrus ex civitate nostra Florentia exordium trahens, innata quadam humanitate, virtutumque decore, ante creatarum rerum principem pro quodam morum, & sanctitatis iubare sublimatus, non quidem immerito laudandus est, qui quum ea honestatis effigie, & sapientia esset, ut mortales, immortalesque caritate complecteretur, virginis viduitatem portandam elegit, ex quo saepe pietatis fontem Mariam videre meruit. Tum vellem, inquit, diva Mater, a corpore solvi, & cum beatis istis Angelis copulari. Ipse tempus eligas, respondit Virgo. *P.* Ubi haec, o Mariane, exstitere? apud ne eumdem montem virorum memoria celebrem? *M.* Tum Marianus, Si in eo loco frequentatam sanctitatem narrare possem, nullum sane commodiorem ad animae immortalitatem adquirendam diceres; praedicat ipse futuro vespere sibi moriendum fore, quorum omnino mentes a tali re alienatae erant. Et ecce paulo post dulcissima cantantium vox sub tegmine casae adstare auditur. Vocem quidem audientes, neminem autem praeter binas aves viderunt. Interim alma Petri anima suavissimum odorem fragrans, nemine hoc

ani-

animadvertente, evanuit. *P.* Quod Petrus tacitus cogitans divina haec potius, quam humana ope fiunt, inquit. *M.* Claruit, o Petre, etiam temporibus nostris vir multa observantia dignus, Nicolaus Arretinus, Sacrae Theologiae doctor, Ecclesiarumque obsequio deditus, qui moriens haud tacenda sanctitatis signa ostendit. Et sane quantum in rebus gerendis regia Imperatrix ei adfuerit excellentissimum est. Mulier quaedam ob urgentes corporis labores non diu vivere cogitur, quare adsiduis se precibus Virgini commendat, eique in somnis adesse visa est: Perge, inquiens, ad virum perfectum Nicolaum Arretinum, clarum ordinis Servorum sidus, addeque preces, ut te liberet. Exsurgens illa pro viribus quisnam sit Nicolaus Arretinus flagitat. Tibi, inquit, Virgo Maria me sanandam tradidit. Si ab ea mitteris, respondit Nicolaus, surge, & revertere in domicilium tuum; quae erecta sanitatis voto potitur. Datur & huic virginitatis pretiosissimum lilium. *P.* Gaudeo civitatem illam Arretinam non litteris modo, sed saluberrima omnium sanctitate non mediocriter excelluisse, & eo magis quod huic vestrae nonnihil decoris, & ornamenti adfert, & quia nobiscum benevolentia & amicitia, atque carita-

ritate coniuncta est. Ac praesertim idcirco laetor animadvertens quos diligo omni virtutum decore, & sanctimoniae ornamento refulgentes. *M.* Dominicus inter ceteros urbis nostrae viros, fortasse sanctitate, quam progenie sublimior numeratur, cuius proprium castitatis decus fuit, semper Paradisi ianuam ostendens; ex cuius quotidiano sermone plurima sanctitatis vestigia recepi, & probe vitae regendae documenta, ipsiusque lacteo sermone tantopere adficiebar, ut diem plerumque eius consuetudine fruens horam putarim. *P.* Beatum me hodie, inquit Petrus, o Mariane, fecisti admirandis his omniumque memoriae tradendis rebus, sed illud scire animus magnopere cupit, si quid in femineo genere tertii ordinis palam sanctitatis est, id ipsum in nostram cognitionem redigas; nam hactenus infinitam vobis Sanctorum coronam adesse perspexi. *M.* Genuit haec nostra civitas Iulianam virginitatis speculum, & mulierum memorabile decus, quae mira sanctitate refulgens celebris facta est. Non equidem vanis ornata splendoribus, non mortalium erecta suasione, neque illustri, specieque decora; sane virtutis praemio, in qua verum decus triumphique gloria residet, adsidue resultat, quae sancta-

ctarum praedicationum fectatrix, gestorum testimonio comprobatur. Inter cetera divae Matris viduitatem adsumens immortalem sibi in coelo sedem comparavit, Virginisque in salutem amictum gestavit. *P.* Et ecce alma sine fictione mulier. *M.* Est & alia sanctissima mulier, o Petre, Iohanna Cremonensis, quae ab Insellis quondam originem traxit, celebris miraculorum gloria, virtutumque fulgore ornatissima, nigrumque etiam Virginis amictum gestavit, & inter notanda, ubi vitae suae calcem praescivit, quindeni dies dumtaxat Christi corpus in cibum, & sanguinem in potum, sumsit. Tot hinc inde nobiles progenie viri hanc uxorem exigentes frustrati sunt, & usque ad exitum tantam virginitatem conservavit; cuius in dies miracula, velut flumen quoddam aestuans, effunduntur. *P.* Ad haec respondens Petrus, Mira, inquit, narrasti, o Mariane, quae omnia non modo censeo, sed iam ante oculos meos videre videor. Nec abs re Hieronymum ad Eustochium legimus, ubi quam saepe ad funera, & ad sepulturas quorumlibet Sanctorum Angelos advenisse adserit, & ad exsequias eorum obsequia praestitisse; nec non & animas electorum usque ad coelos cum hymnis, canticis, atque laudi-

bus

bus detulisse; ubi utriusque sexus commemorantur frequenter laudes cecinisse; interea multo nonnunquam lumine resplenduisse; insuper adhuc viventes in carne ibidem miri odoris fragrantiam diutius persensisse. Quod si ad recreandam spem, mi Mariane, & ad corroborandam fidem interdum adstantium, Salvator noster ob suorum merita amplius comprobanda talia & tanta exhibere per suos caeli ministros circa defunctos dignatus est; quanto magis in ordine vestro, quem fertilissimum Sanctorum intellexi, credendum est his Angelorum militiam cum suis agminibus obviam venisse, eosque ingenti lumine circumfulsisse, & usque ad thronum olim eis etiam constitutum cum canticis spiritualibus perduxisse. Ea insuper potentia ut vobis in decus, & nobis in favorem, aeterna luce fruantur. *P.* O felicem me hodie, non possum non exsultare! Tanta adfatim laetitia me habet quod ambiguum est vitae, an mortis optator sim. Altera cum mortalibus agitur, altera vero cum immortalibus, ut gauderem; nam quid honor? quid opes? quidve magistratus? ad comparandum caelestis regni iter? Hi pauperes simul, & divites fuere, hi honores, hi magistratus, hi quicquid optandum est,

pro

pro voluntate possederunt; his amicissimus omnium Deus adfuit, apud quem, Virginem intercessorem habuerunt. *M.* Additur, o Petre, & nunc admirationis locus. Cedo quid illud esse reris, quod in tantam horum fidem adeo vehementer te prorumpere faciat, nisi ipsorum ardens caritatis flamma, quae ad ipsorum divinam cogitationem mortalium corda non modo agitat & impellit, verum inflammat & accendit. *P.* Aliud mihi, o Mariane, iucundissimum narrare velis obsecro, quo omnia simul hodierna die in laetitiam vertantur, quo modo apud universum terrarum orbem ista vestra Adnuntiatae devotio creverit, qua caussa, quave ratione in tantam celebritatem devenit. *M.* Est, o Petre, amoenitatis plena haec tua petitio. Quare hoc scias velim nihil umquam gratius postulatum. Neque abs re; omnia namque praeclara in unum deveniunt. Benefactoris interrogatio, narrantis aviditas, cultaeque Virginis meritum, quae quidem maximi facienda sunt. *P.* Non minori admiratione rerum gestarum, quam ex tuo narrantis lepore detentus sum, quippe omnia novisse videris, addoque hoc te ad illustrandum Servorum ordinem prae cunctis mortalibus electum, neque idcirco

co non mirari. *M.* Dicam profecto quod optas. At illud in primis te non praetereat, divinitus quaecumque egregia, & bene gesta; quae vero male, humanitus: quaevis praeclara facinora ab immortali Deo originem traxerunt. Quaedam Virginis precibus, quaedam vero ceterorum Sanctorum meritis; alia ex eorum devotione, alia vero ex cultu; per quae nil tam arduum, nil tam grave, aut difficile, licet exaudiri dignum sit, quod humanum genus non consequatur; quare hoc omnium praeclarissimum non terrena, sed caelesti ope factum censeas. Erant una noctium ad celebrandum simul Matutinum fratres, quumque absolvissent, suavissimus orandi sopor eos invasit, ut prae nimia devotionè spiritus a corpore evanuisse putes. Demum in maximum fervorem vocisque vehementiam adducti, Ecce, inquiunt omnes, ingens multitudo, universum vulgus, & ex longinquis partibus nationes, ad nos properant. Denique ab oratione surgunt, sui ipsius omnes mirantes, illud fore insaniam arbitrati. At ubi mane templum aperuerunt, magno statim impetu mortalium repletum est, qui non parva Adnuntiatam hanc veneratione colentes rei primordium invenerunt; fama volat, ac deinde

de homines undique effundi videbantur. *P*. Tuam profer, o Mariane, ſententiam in hac ipſa re. *M*. Ego profecto, inquit Marianus, adſererem divam Virginem in perpetuam ſui viduitatem geſtantium memoriam haec oſtendiſſe, utque etiam ad ſui cultum prae ceteris nos elegiſſe conſtaret. Nam & longe maiora ordinem inchoantibus demonſtravit. *P*. Quid illa pictoris fama diu in hominum ora evagata? *M*. Ad hoc inquit ille, Ut mos fere omnium eſt pictorum. Huic Bartholomaeus nomen erat, qui morum modeſtia, vitae integritate, & ſanctimonia, in divae Virginis conſpectu gratioſus exſtitit; cui maximae laudi pretioſiſſimum virginitatis lilium dabatur; qui cum Virginis imaginem pingere vellet, adſidue ieiuniis & orationi inſtabat, noctes plerumque inſomnes, crebraſque vigilias nuda humo iacens faciebat; ſicque eam ſaepius obteſtabatur, ut propriam ſemel faciem pro nimio ardore deſignare poſſet. Cuius exauditas preces aiunt, & mane ad opus ſuum rediens, abſolutum cum capite corpus invenit; quod nulli dubium videri poteſt, quum illud per Angelorum manus fabricatum ſit. *P*. Mira ſane, o Mariane, narras. *M*. Audi quaeſo, quum extra urbis moenia eo tempore haec divina Virginis imago

Adnun-

Adnuntiatae esset, & illuc universus populus ad Fesulanas devotiones transiret, templum illud ob devotionem ingrediebatur; ut iam alter deambulationis gratia, alter vero devotionis, illuc proficisceretur. Ubi fessi requiem, aegri salutem, umbramque aestuantes, recipere solebant. *P.* Sicque, ut arbitror, inquit Petrus, paulatim locus ille in devotionem auctus est. *M.* Nec dum perfectam rei seriem tenes. Martinus Papa quintus, quum Florentinam civitatem ob quasdam caussas interdixisset, solum hoc divae Matri altare consecratum reservavit. Ad quod tunc omnes ad unicum animae solatium, salutisque remedium, confugiebant, atque illinc maxima devotio orta est. *P.* Videntur quae a te commemorata sunt adeo similia, ut ea oculos cernere, & animum censere, credas. *M.* Non minorem, o Petre, devotionem probes ex cultorum meritis, qui tunc in tanta reverentia habebantur, ut omnes una animarum pastores, & tutores, salutisque remedium, eos praedicarent, ut superius declaratum est. *P.* Iucunditatis, inquit ille, plenus exstitit dies. *M.* Ego vero, respondit Marianus, ut iam domum redeam, divae Virginis voluntatem in hoc ducem crederem.

FINIS.

F. DOMINICI IOANNIS
THEOLOGI FLORENTINI,
ORDINIS PRAEDICATORUM

Operis, quod Theotocon, seu de vita & obitu B. MARIAE Virginis inscribitur, libri duo posteriores.

* * * * *

Principium Tertii Libri Theotocon, de Templis Romanis, & Etruscis Divae Mariae dedicatis.

SIC nova sidereo fulgens Regina decore
Sit licet a superis sat celebrata choris,
Attamen in tota colitur tellure Maria,
Ut praeclara probant templa dicata sibi.
De numero quorum praesenti pauca libello
Addere constitui, matre favente Dea.
Nam, si cuncta meo complecti carmine vellem,
Vix ingens caperet nomina nuda liber.
Si quis in occasum Phoebi procedat ab ortu,
Tendat in ardentem praegelidamve plagam.
Undique vel magni perlustret littora ponti,
Et quacumque velit parte viator eat;
Omnia virgineis spectabit plena sacellis,
Quae sibi devotae constituere manus;

De quibus illa mihi tantum describere mens est,
Quae sita sunt Italis, & mage nota, locis.
Sed prius Ecclesias Romanae prosequar urbis,
In quibus haec genitrix presidet ipsa Dei.
Plurima fictilium quoniam delubra Deorum,
Abiecta veteri religione mala,
Sub titulo divae renovata fuere parentis,
Quando vera coli coepit in orbe fides.

Sancta Maria Rotunda.

Pantheon in media domus est spectabilis urbe
Numinibus vanis ante sacrata diu. (bactis
Quam vir magnanimus Parthis Agrippa su-
Condidit, ut clare nos epigramma docet.
Cui vetus adparens mulier sic nocte locuta est:
Vinces, si templum voveris ante mihi. (phum,
Ex nunc polliceor tibi laetum, Marce, trium-
Si pacto mecum federe bella geras. (cor,
Quae Cibeles divum genitrix per maxima di-
Placato cuius numine victor eris.
Inde memor voti superatis hostibus ille
Hoc mira dignum laude paravit opus.
Atria porphyricis ubi sunt ornata columnis,
Et domus albenti marmore tota nitet.
Et superas una testudine fertur ad auras
Altior haec aliis aedibus ipsa sacris.
Quam prece compulsus Romani Praesulis olim
Christicolis Caesar praebuit inde Phocas.
Nunc ubi vera Dei, falsa Berecyntide pulsa,
Mater adoratur Virgo Maria Iesu.

Cui

Cui bonus Antistes dedit hanc Bonifacius aedem
Cum reliquis Sanctis ut coleretur ibi.
In medio quorum, velut inter sidera Phoebe
Emicat, & votis diva benigna favet.

AEdes Minervae.

Nec procul armiferae domus est antiqua Mi- (*nervae,*
Quae cum sublimi praedita mente foret,
Invenisse novas olim subtiliter artes
Dicitur, & seclo grata fuisse rudi.
Fertur & ignotas numerorum prima figuras
Haec simul ingenio composuisse suo.
Textilibusque togis homines instruxit, & armis,
Intactae formam virginitatis habens.
Et meruit doctis imponere nomen Athenis
Credita de solo vertice nata Iovis.
Hinc Graio capti veteres errore Quirites
Magnificum templum constituere sibi.
Post ubi de vastis aedes conflata ruinis
Christiferae matri grandis & ampla fuit.

De Ordine Praedicatorum.

In qua Dominici soboles clarissima patris
Rite canit laudes nocte, dieque suas.
Praesidio cuius divini nuntia verbi
Inclita religio coepit, & aucta manet.
Et multa floret sapientum prole virorum,
Qui velut in terris sidera clara nitent.
Errores hominum dum recto dogmate purgant,
A vera soliti pellere falsa fide.

AEdes S. Sabinae.

Sub titulo positam qui martyris ante Sabinae
Collis Aventini tunc habuere domum,
Ordinis auctori quam praesul Honorius illi
Contulit insigni religione viro.
Cuius in aeternum virtus & gloria pollet
Utilis Ecclesiae cum foret ille nimis.
Sed magis ut valeant populo prodesse frequenti
Hunc divae Matris post tenuere locum.

Sepulchrum S. Catharinae Senensis.

Quem satis exornat celebri Catharina sepulcro
Nuper sidereis addita virgo choris.
De qua plura loqui brevitas angusta libelli
Me prohibet, quamvis dicere mira queam.

Ara Caeli.

Hinc ego dimissa veteri statione Minervae
Ad Capitolinae limina pergo domus.
Nomine mutato quae Caeli dicitur ara,
Matri sacra Dei, cum foret ante Iovi.

Caesar Augustus.

Tempore quo Caesar totum feliciter orbem
Augustus tenuit sub ditione pari.
Cum iucunda sibi nimium fortuna faveret,
Et flaret votis aura benigna suis.

Fer-

Fertur divinos conferre ſenatus honores
Una cum populo tunc voluiſſe ſibi.
Sed licet optata mundum ſub pace teneret,
Altior & cunctis regibus ipſe foret;
Non tamen oblatum voluit tunc ſumere munus,
Quod nulli vivo contigit ante dari.

Verba Auguſti ad Sibyllam Tiburtinam.

Sed prius Albuneae quaerens reſponſa Sibyllae,
Proxima cui Romae patria Tibur erat.
Dic, ait, o vates arcani conſcia veri,
Si decreta ſequar quae ſtatuere patres;
Debita ſi ſuperis deceat me carpere dona,
Ne quid agam temere conſule, virgo, precor.
Ambigo quid faciam, ſed tu praeſaga futuri
Alma, quid expediat pande, Sibylla, mihi.

Reſponſio Sibyllae.

Illa tribus poſtquam ſteterat ieiuna diebus
Reſpondens contra, maxime Caeſar, ait,
Sis licet ornatus claris, Auguſte, triumphis,
Et mortale tibi pareat omne genus.
Non tamen id proprio debes adſcribere iuri,
Quod caeleſtis heri munere victor habes.
Cuius maieſtas non eſt imitabilis ulli,
Nec licet illius tollere iura tibi.
Alter enim veniet ſupera mittendus ab aula
Dignus adorari, ſolus & ipſe coli.

Hunc generoſa parens ſine tactu foeta virili
Proferet ex utero Virgo pudica ſuo.
Cuius imago tibi pulcra cum prole patebit,
Si tendas oculos Caeſar in aſtra tuos.
Stans ubi celſa manet mirabilis ara nitoris,
In cuius medio regia Virgo ſedet;
Et puerum nitidis formoſum geſtat in ulnis
Divina ſpetie quem radiare vides.
Tunc quoque vox venit caeli de cardine dicens:
Haec eſt venturi nobilis ara Dei.
Quem pater Auguſtus caſta ſuadente Sibyllæ
Pronus adoravit, ſeque coli renuit.
Et pariter domini cognomen reſpuit idem,
Martia victori quod ſibi Roma dabat.
Sed poſtquam ſumma Tarpeii montis in arce
Ante dicata Iovi corruit alta domus
Hunc devota locum conſtruxit turba Mariae,
Quae recte Caeli dicier ara poteſt.
Pro cuius merito Dominus peccata remittit
Fitque minor laeſi numinis ira ſui.

Viſio Mirabilis.

Nam fuit hac ipſa vir quondam ſanctus in urbe
Cui dum pro populo funderet ultro preces.
Vidit in aerea Chriſtum regione morari,
Et tria forte ſua tela tenere manu
Ex quo dum peteret caeli Regina, cur illis
Sic foret armatus dicere, coepit ei.
His volo nunc iaculis homines delere nocentes
Me ſine iam penitus perdere, mater, eos.
In-

Infectos vitiis video quos omnibus esse,
Et nova praeteritis accumulare malis.
Nam quoties terras caeli de culmine cerno
Perturbant oculos impia facta meos.
Desine, cara, meo, genitrix, obstare rigori,
Emollire tua quem pietate soles.
Est mihi mortales sententia tollere cordi,
An mala sic patiar semper ubique geri.

Verba Mariae ad Christum.

Inde videbatur facili sermone Maria
Supplice cum vultu talia virgo loqui.
Sint quaecumque refers, quamvis certissima, nate
Et nimis ante diu singula nota mihi.
Non tamen idcirco debes, aequissime iudex
Ocius humanum perdere velle genus.
Cum valeat pravos etiam deponere mores
Rursus, & innocui sumere callis iter.
Quo duo monstrabunt venturi lumina secli
Dogmate fulgentes, & probitate viri.
Ordinibus qui laeta dabant primordia sanctis,
Ut tua vera fides tutior esse queat.
Et sua mirificis firmabunt dogmata signis
Factis aequantes splendida verba probis.
Sic ait, & tandem mater venerabilis ambos
Tunc coram domino protulit ipsa patres.

De Sanctis Patribus Dominico, & Francisco.

Alter Dominicus, Franciscus dicitur alter,
Dissimiles habitu, religione pares.
Primus ab occiduis rutilans velut Hesperus oris
Lumine doctrinae claruit ante sacrae.
Lucifer ex Itala veniens regione secundus
Ordinis eximii conditor inde fuit.
In quo se vocitant magni virtute Minores,
Quale prius nomen praebuit auctor eis.
Cuius posteritas, tanti vestigia patris
Recta sequens, alta Matris in aede manet.
Quae sicut illustri pictura pollet ad intra,
Marmoreis gradibus sic nitet illa foris.
Sed magis ornat eam placabilis ara Mariae,
Quae proprio Dominum flectere iure potest.
Ne mala retribuat nobis quaecumque meremur,
Ut miranda satis visio dicta probat.
Nam diris subito proiectis arbiter hastis
Continuit rigidam matre rogante manum.

Sancta Maria trans Tiberim.

Pluribus exemplis clementia Virginis huius
Magna patet, sed quis promere cuncta valet?
Multa quidem silco memoratu digna, sed illud
Nobile prodigium quis reticere queat?
Quod fore portendit plenam pietate Mariam.
Dum prolem summi gigneret illa patris
Fons

Fons olei quando Romana erupit in urbe,
Ut vetus illa domus Transtiberina docet.
Unde fluens rivus flavis permissus arenis
Vicini lapides reddidit amnis aquas.
Est ubi nunc aedes Reginae condita caeli,
Unde salutaris prodiit ante liquor.
Singula depulsis qui sanat vulnera poenis,
Nec sinit humanum morte perire genus.
Ut patuit quando revolutis pluribus annis
Invasit Romam perniciosa lues.

De peste pulsa Romae meritis
B. Mariae.

Qua fere non alio gravior sub tempore pestis
Accidit, ut doctor certius ille refert
Gregorius, recto praefulgens dogmate, qui tunc
Pastor erat sanctae, praesul & Ecclesiae,
Ille perire dolens dira tot clade fideles
Divinae statuit poscere matris opem;
Mitior ut dominus fieret placatus ab illa,
Impetrare sua quae prece cuncta solet.
Cuius & insignem clero comitante figuram
Ante tulit studio plebe sequente pari.
Et totam ceris lustrans fulgentibus urbem
Ignoscat populo postulat ultro suo.
Accidit inde brevi res haec memorabilis una
Virginis in laudem non reticenda mihi.
Tunc radios Phoebi celabat pallida nubes,
Et densis aer tectus erat nebulis.

Un-

Unde videbatur, ceu saevis icta sagittis,
Saepe repentino funere vita rapi.
Cuncta sed illa cito genitricis imago resolvit
Ut tepidi Boreas nubila crassa Noti.
A facie cuius fugiebat tetra caligo,
Cum foret a tergo purior ipsa dies.
Sic prece Gregorii, merito sic Virginis almae,
Pestis abit placidi munere pulsa Dei.
Contigit inde gravi sublata clade Quirites
Incolumes aura prosperiore frui.
Hinc tanti memores percepti muneris illi
Virginis effigiem post coluere magis.
Quae modo Pontificis Sixti servatur in ara
Virginibus custos, & comes illa, sacris.

Sancta Maria Maior Romae.

Altera cui maior tam re, quam nomine sedes
Est data, quae primum servat in urbe locum.
Inter templa suo quae sunt in honore dicata
Ut satis annalis pagina prisca notat.
Quae sibi patritia genitum de stirpe Iohannem
Adsert hanc amplam constituisse domum.
Ille quidem tantae matris succensus amore
Optabat magnum pendere munus ei.
Hinc sua cum geminis attollens brachia palmis
Miti caelestem voce precatur heram.
Ut sibi quid gratum valeat persolvere certis
Inviolata velit prodere Virgo notis.
Cui semel adparens media sub nocte Maria
Sidereo vultu talia verba dedit.

Si

Si tua rite cupis compleri vota Iohannes,
Templum sub proprio nomine conde meo.
In media positum collis statione salubris,
Quem pura spargam desuper ipsa nive.
Mense sub aestivo valeas ubi ponere templum,
Utile Romanis quod bene rebus erit.
Publica cum nostro fuerit res tuta favore
Totaque praesidio patria fulta meo.
Tu quoque caelesti mecum mansurus in aula
Percipies operis praemia digna tui.
Quod bene compones impensis dives opimis
Auxiliante sacro Praesule Liberio; (ambos
Cui simul hoc referam, quo res tam digna per
Sub meliore queat conditione geri?
Haec ubi deprompsit multo cum lumine Virgo
Atria Pontificis protinus alta petit.
Et quae patritio praedixerat illa fideli
Replicat, & tandem mater in astra redit.
Responsis cuius moniti communiter ambo
Illico de propriis exsiluere toris.
Ac multum super his ultro citroque locuti
Constituere simul montis adire locum.
Area cuius erat niveo perfusa nitore,
Ut signo genitrix protulit alma dato.
Undique nam collis nonis sextilibus albet
Frigida sub calido terra leone riget. (dos
Convocat inde bonus Clerum cum plebe Sacer-
Et de sublimi sede profatur ita,
Cernitis, o Cives, montem candore nivali
Temporis insolita praeradiare vice.

Quod

Quod non eventu fortunae contigit ullo ,
Sed divae Matris nos miserantis ope .
Quae fieri templum sibi vertice quaerit in isto ,
In medio nostri sic habitare volens .
Ut Romam iusta valeat ratione tueri
Facta velut patriae civis & ipsa novae .
Eruat a variis quam clemens Diva periclis ,
Et foveat dextro numine semper eam .
Sic Regina poli proprio nunc postulat ore ,
Lucidior Phoebo , candidiorque nive .
Quam bene pro signo statuendae praebuit aedis ,
Ne sit ab adspectu discolor illa suo .
Condere cui templum pretio debemus & arte
Magnificum , celso quod petit ipsa iugo .
Unde simul nobis auram spirare salubrem ,
Et mala de populo tollere cuncta queat .
Si nova cum grandi sumtu iam templa fuere
Nuper Apostolicis edita Principibus .
Ut servare suo valeant munimine Romam
Reddentes meritis omnia tuta suis .
Quam mage nos caeli Dominae sacrare potenti
Condecet insignem religione domum .
In qua culta pie toti mox proderit urbi ,
Et patriae vero nomine mater erit .
Quod nulli prisco mulieri contigit aevo ,
Ut series acti temporis ipsa docet .
Incipit ergo bonus fossam producere Praesul ,
Vndique per gyrum nix ubi pura iacet .
Inde sacerdotes veniunt comitante senatu ,
Multaque postremo millia plebis eunt .
Et

Et quaecumque putant operi conformia tanto
Cuncta suis humeris ferre libenter avent.
Pars duros silices, pars fortia robora defert,
Egerit hic scrobes, dissipat ille nives.
Omnes patricius certat superare Iohannes,
Dum partas longo tempore fundit opes.
Aucta quibus tandem celeberrima constitit aedes
Sub titulo matris rite dicata Deae.
Cuius & hic puri pars lactis dicitur esse,
Nec non Virgineae portio digna comae;
Et veneranda sui capitis velamina sancti,
Exstant, & nitidae linea frusta togae.
Grataque praesepis Domini fragmenta ferun-
Cum multis aliis condita reliquiis. (tur,
Quas hic Pontifices olim posuere supremi,
Ut domus haec longe sanctior inde foret.

De corpore Sancti Hieronymi.

Quae licet ornatu late praefulgeat omni,
Corpore Hieronymi plus tamen illa nitet;
Unicus interpres triplici sermone peritus
Qui fuit, & fidei magna columna piae.
Dum prior in nostram divina volumina linguam
Vertit ab Ebraeo codice ducta sacro.
Quamvis de Graecis tunc exemplaribus illa
Facta per auctores ante Latina forent.
Quae decies septem Phario sub rege merentes
Insignes olim composuere viri.
Editio quorum cum iam vitiata fuisset,
Haec per Hieronymum condita rite fuit.
Quam

Quem non de Graiis voluit traducere libris,
Ne tereret dubiam forsitan illa fidem.
Pura sed Ebraeae veniens ab origine linguae
Ecclesiis Christi dogmata certa daret.
Inde salutifera praecellens arte docendi
Luxit in eois ut, iubar, ille plagis
Cum pater hesperio tunc Augustinus in orbe
Semina doctrinae spargeret ampla suae;
Doctor acutus erat simul & facundus uterque,
Certantes alti viribus ingenii.
Sancta quibus claro scriptura nitescere sensu
Coepit sub veteri cortice tecta rudi.
At senior Betleem pater hic versatus in urbe
Mansit honorati captus amore loci.
Sedit ubi coelebs longae per tempora vitae
Cui sopor exilis, victus & asper erat.
Inde labore gravi pariter confectus & aevo
Funere felici lumina clausit ibi.
Inter amaena iacens pueri cunabula Christi,
Tam celebri tumulo conveniente sibi.
Unde favente Deo Romanam vectus ad urbem
Conditus in magna Virginis aede manet.
Omnibus in libris cuius praeconia dixit,
Splendida cum vitae scriberet acta suae.
Sed quia sub plana loculi tellure pusilli
Immaculata sui corporis ossa latent,
Praesul Cardineo rutilans Guilielmus honore,
Ostia cui titulum dant Tiberina sacrum.
Ornamenta suo statuit maiora sepulchro
Addere, quo fieret pulchrior iste locus.

Et

Et nova Doctoris sic gloria cresceret almi
Sumtibus & donis amplificata suis.
Nam super hanc humilem niveo de marmore
Optimus erexit nobile praesul opus; (tumbam
Nunc ubi conspicuis praefulgens ara figuris
Adparet docili sic fabricata manu.
Ut domus haec possit speciosior inde videri
Inclita magnanimi munere facta viri.
Quamvis pictura sit adhuc ornata priori,
Ars cuius periit tam pretiosa diu.
Sic igitur celebri pollens domus alta paratu
AEquat mensuram nominis ista sui.
Quamvis non desint hac aedes urbe minores,
In quibus alma Dei praesidet ipsa parens.
Magnum iure tenens, & clarum nomen in illis
Audit ubi populi supplicis ora sui.
Sed quoniam paucis nequeo describere metris
Quot sibi Romani constituere loca.
Grandia cum parvis omittens templa sacellis
Italiae reliquas visere pergo domos.
Quas aditu lustrare solet plebs magna frequenti
Annua persolvens, & pia vota sibi.

Sancta Maria de Angelis
apud Assisium.

Inter eas vero quas gens devota per orbem
Ingenti studio semper adire solet,
Nobilis angelicae domus est constructa Mariae,
Quae bene tam claro nomine digna fuit.

Nam

Nam Franciscus ibi sancta cum prole moratus
Floruit Angelicis moribus ille pater.
Accensum nostri quem Salvatoris amore
Seraphicum Dantes rite poeta vocat.
Natus in Assisio celsa feliciter urbe
Sedit in hac humili Virginis aede diu.
Mons cui vicinus Phoebum precludit ab ortu,
Auget ab occasu nobilis illa diem.
Urbs Etrusca nitens gemino Perusina decore,
Interpres legum, fortis ad arma simul.

S. Herculanus.

Hanc Herculanus nunc clade tuetur ab omni,
Optimus Antistes cum foret ante sibi.

S. Floridus.

Cujus discipulus Tiferni moenia servat,
Floridus insignis pastor & ipse gregis.

S. Margarita.

Margarita simul meritis hunc protegit amplis
Integra cum toto corpore virgo manens.

S. Ubaldus.

Classius Arctois oriens de collibus amnis
In quibus Ubaldi praesulis ossa iacent.
Hic latos curvo decurrit tramite campos
Et prope maiores Tibridis intrat aquas.
Parte alia qua Sol medium contingit Olympum
Lata patet tepidis vallis aperta Notis.

Prt-

Praedita frugiferis tellus, & pinguibus arvis,
Oppida cum multis urbibus ista tenet.
Quam magis insignem sanctorum corpora pa-
Ostendunt propriis condita rite locis. (trum
Reliquiae quorum multis sub casibus illam
Saepius a saevis eripuere malis.
Praesulibus sanctis, eremique referta colonis,
Spoletina manet patria fulta suis.
Omnes hi pulcra genitricis in aede locati
Lucida virtutum signa dedere viri.

B. Iacobus Mevenas.

Corpore sed Iacobi Mevenia gaudet alumni,
Integra cuius ibi membra sepulta cubant.
Dominici praeclara sequens exempla parentis;
Iste fuit patrii gloria vera soli
Cuius in hac terra Regis pro laude superni
Ossa virent signis arida saepe novis.

S. Felicianus.

Urbem Fulgineam tutatur Felicianus
Martyr cum sociis pluribus ipse Dei.

F. Thomasuccius.

Pauper in exigua vir Thomasuccius arca
Hanc pace continua protegit ille simul.
Mens erat arcani cui praescia saepe futuri;
Et simplex omni crimine vita carens.

F. Iacobonus.

S. Fortunatus.

Cui fere persimilis Iacobonus in arce Tuderti
Cum Fortunato Praesule rite iacet.
Hic humilis, patiens, habitu sub paupere laetus
Mellifluo dulces edidit ore notas.
Ex quibus adparet quanto mitissimus ille
Flagrarit Domini semper amore Iesu.

S. Franciscus.

Pluribus haec aliis Sanctorum freta sepulchris
Patria Francisci tutior exstat ope.
Cuius in Assisio sita sunt solemniter ossa
In celebri patrio more sepulta loco.

S. Clara.

Hic quoque virgo Dei tam re, quam nomine Clara
Non procul a tanto condita patre manet.
Amplectenda sacri dedit haec rudimenta pudoris,
Qua duce post Christum maxima turba venit.
Nec minus illa suae sequitur vestigia matris
Gratia cuius in hac floret amaena domo.
Ad quam turba coit sextilibus ultro Kalendis
Ut deponat onus criminis omne sui.

In-

Indulgentia Aſſiſiana.

Et levior redeat placato numine Chriſti
Ocius ad patrios permeat unde lares.
Accedit longum peregrinis agmen ab oris,
Et de vicino magna caterva ſolo,
Cum Tuſcis Ligures, & cum Picentibus Umbri
Quique colunt Itali litus utrumque maris.
Et reliqui coeunt alacri ſub corde fideles
Ut ferias valeant hic celebrare pias.
Cum venia culpae quibus indulgentia poenae
Fertur in hac celebri Virginis aede dari.
Ac veluti Romam iubilei tempore pergens
Infinita ſolet gens operire vias;
Sic bona procedens ad plenum turba piamen
Omnia cum celſis occupat ima locis.
Subſtinet & nimio ſolis fervore peruri,
Nec longae renuit taedia ferre viae.
Sic igitur feriis tandem feliciter actis
Letus abit propriam ſexus uterque domum.

Indulgentia Peruſina.

Et prope Dominici Peruſinam tendit ad aram
Ut referat veniam quilibet inde parem.
Hic ego dimittens munitam turribus urbem
Dum loca Traſimeni permeo plana lacus.

De Sancta Agnete Moniali
Politiana.

Intueor montis fastigia Politiani
Cuius ad alta poli sidera tendit apex.
In quo sancta Dei monialis permanet Agnes,
Numquam post obitum Virgo sepulta suum.
Sed tamquam vivens celebri requiescit in aula
Integra cum membris omnibus illa manens.
Unica de multis Sanctorum millibus Agnes
Hoc habet eximium Politiana decus,
Quod non communi tegitur de more sepulcro
Dominici soboles religiosa patris.
Cui semel oranti media sub nocte Maria
Cum puero genitrix adstitit alma Iesu.
Cuius erat facies adeo formosa, quod illum
Optavit proprio virgo fovere sinu.
Quem pia mox avidae porrexit Diva sorori
In gremio puerum virginis ultro locans.
Mox illum geminis Agnes complexa lacertis
Detinet in blando molliter ipsa genu.
Cumque diu pueri vultu frueretur amaeno
Dulcia dans roseis oscula saepe genis,
Redde mihi natum, Genitrix sanctissima dixit;
Sed cum differret reddere pignus ei;
Tollere vi tentat quem tradere Virgo recusat,
Et tenet ipsa pedes dum trahit illa manus.
In medio stabat pretium certaminis infans
Adpensum collo forte monile gerens.

Gem-

Gemmis contextum mira fulgentibus arte,
De quo pendebat crux pretiosa nimis. (xit,
Quam soror adprendens tanto conamine tra-
Ruperit ut pulchrae serica fila ligae;
Nexa quibus fuerat miri crux illa nitoris,
Repperit in manibus quam soror inde suis.
Mater enim Domini repetens caelestia regna
Praecipuum donum tale reliquit ei.
At soror amisso duplici solamine tristis
Redditur insigni munere laeta crucis.
Inter reliquias quae nunc servatur ibidem,
Fama sit ut tantae certior ipsa rei.
Annua lux aderat mundo celeberrima toti,
Qua regina fuit facta Maria poli.
Intrant Ecclesiam reliquae de more sorores,
Ut laudes tantae Virginis ore canant.
Sed prius Agnetis nigrum candescere velum
Totum cernentes obstupuere nimis.
Effigiem nitidae retinebat manna pruinae,
Quod super illius fuderat ipsa caput.
Ut duplici signo coeli Regina probaret
Agnes grata sibi quam foret agna Dei.
Cuius vita fuit portentis inclita magnis,
Et mors indiciis sic patefacta novis.

Obitus mirabilis
Sanctae Agnetis Politianae

Nam cum sponsa Dei mortali carne soluta
Libera caelestem scanderet ista torum.

Omnes infantes tunc urbis Politianae
Coeperunt illa nocte vocare patres.
Dicentes, obiit nunc Agnes, pergite cives
Exsequias Sanctae mox celebrare novae.
Saepius hac moniti repetita voce parentes
Se mox de thalamis proripuere foras.
Dumque simul referunt natorum verba suorum,
Ecce puellarum longa caterva ruit.
Secum multa ferens domibus sublata paternis,
Ut cerae valeant inde parare faces.
Cum quibus Agneti persolvere iusta sorori,
Et celebrare pari funus honore queant.
Nec minor instinctu simili commota repente
Turba per externos rustica venit agros.
Quos nebulosa palus limosis irrigat undis,
Arni quae puras inficit amnis aquas.
Talia dum cives alta speculantur ab arce,
Advertunt signum desuper esse datum.
Quanta sit ut pateat monialis gratia Sanctae,
Quam migrasse doli nescia turba refert.
Ocius inde simul vicinam moenibus aedem
Unanimi voto femina virque petunt:
Tunc ubi Virgineum spirabat corpus odorem,
Qualem mixta rosis lilia ferre solent.
Omnes ergo suis figentes oscula membris
Virginis ante sacros procubuere pedes.
Ac velut a sancta poscunt muliere iuvari,
Et meritis eius prosperitate frui.
Sed cum fragranti nardo redolentior esset,
Signa nec infecti corporis ulla daret.

Non

Non erat obſcuro ſoror haec celanda ſepulcro
Agnes lux patriae Politiana ſuae.
Cui bene pro tumulo templum ſtruxere fideles
Nunc ubi rite colunt, & venerantur eam.
Cuius ab excelſa deſcendens protinus aede
Divinae ſtatui Matris obire loca;
Quae bene Tyrrhenis late celebrantur in oris,
Quaeque freqvens populi turba fidelis adit.
De quorum numero domus eſt ſpectabilis una
A Florentina non procul urbe ſita.

AEdes Sanctae Mariae Primetae.

Haec Primeta ſuo vulgari nomine dicta
Virginis antiquam continet effigiem.
Quam ſuper indomitos plauſtrum vexiſſe iuvencos
Incola tam ſancti fert pia turba loci.
In quo Reginae colitur coeleſtis imago
Maxima ſub noſtro tempore ſigna gerens.
Hic ego gentili fanum de more dicatum
Numinibus fictis ante fuiſſe reor.
Ut ſimulacra monent variis conflata metallis
Nuper in hoc celebri multa reperta ſolo.
Allius hanc ornare volens Antonius aedem,
Eximia pollens religione pater,
Dum parat iniqui fontem renovare lavacri,
Unde capit vitreas pomifer ortus aquas.
Comperit e ſolido fabricatas aere figuras
Artis, & antiquae traditionis opus.

Pluraque deprendit culturae signa profanae
Quae paucis nequeo promere versiculis.
Hic latet enormis species horrenda colubri,
Qualem cernebant sa-pius idolatrae;
Olim sacrilego ritu cum forte litantes
Offerrent falso munera vera Iovi.
Et quae delubris solet esse propinqua vetustis
Hic oritur nitidae venula semper aquae.
Qua se purgabant cultores ante Deorum
Ut sic esset eis hostia grata magis.
Sic veteres statuae, fons perpes, monstra, ruinae,
Dis consecrati sint monimenta loci
In quo vota prius solvebant saepe coloni,
Quam decreta forent legis aperta novae.
Quam nobis coeli veniens a cardine Christus
Attulit in terris virgine matre satus.
Cuius adorari debet reverenter imago,
Quae mage par formae creditur esse suae.
Qualis saepe mihi solet haec antiqua videri,
Descriptam fida quam reor esse manu.
Cum minus hanc posset pictor variare sub illo
Tempore, quo fuerat multiplicata parum.
Nota quidem templi non est praesentis origo,
Ipsa nec est usu picta figura novo.
Nam cum prole sua nostro depingier aevo
Virgo Dei genitrix immaculata solet;
Aut alio quovis coetu sociata decenti,
Numquam sola manet Matris imago Dei.
Sed

Sed consorte carens per se venerabilis ista
Effigies veteri condita more fuit.
Fingere sanctorum quando simulacra fideles
Coeperunt aucta religione Dei. (motis
Tunc quoque Diis falsis procul hac a sede re-
Obtinuit vacuum sancta figura locum.
Nam fidei fervore calens antiquior aetas
Hic illam posuit, quam nova rite colit.
Semper opima ferens insigni dona figurae,
Quae bene supplicibus propitiata suis
Hanc omnem patriam firmat virtute potenti,
Servat & a cunctis cladibus illa malis.
Nam quotiens nimio tellus ardore perusta
Influxu calidi sideris imbre caret.
Vel summo nostris offenso Numine culpis
Crescere nec segetes longa serena sinunt.
Implorata Dei Genitrix sub imagine tali
Amissas longo tempore reddit aquas.
At si maiores Euro spirante procellas
Surgere contingat quam patiatur humus.
Aera dum nimbis Orion complet opacis,
Vel solito stillat longius urna poli.
Nec manet agricolis anni spes ulla futuri,
Cum nequeant terrae semina forte dari.
Effigies circum solemniter acta Mariae
Flante refert nitidos haec aquilone dies.
Urbs vario quotiens agitur Florentia motu
Bello pressa foris, seditione domi.
Si nocitura graves inducant aethera morbos,
Et vitae praedo letifer annus eat.

Aut

Aut alio pendente malo discrimine tota
Publica si fuerit res agitata metu.
Tunc pariter longa cives aetate probatam
Divinae poscunt mox genitricis opem.
Quam praestare solet propria cum semper ab
Talis in hanc urbem fertur imago sua. (aede
Quando totus eam sancto cum Praesule clerus
Accipit, & digna religione colit.
Mox una veniunt, qui praesunt artibus, omnes,
Tota manus procerum, tota senatus adest.
Succedunt urbis custodes protinus octo
Inde novem coeunt cum ditione pari.
In medio quorum vexillifer eminet Heros
His collegarum proximus ordo comes.
Hinc varia plures ornati veste ministri
Illorum cingunt semper utrumque latus.
Ergo Magistratus sic pergunt ordine cuncti,
Quos celebri sequitur plurima turba pede;
Pars cuius properat ceris instructa coruscis
Pars dulci laudes concinit ore suas;
Hic nova contribuit Reginae pallia coeli,
Hic addit donis aurea vela datis.
Denique iucundo procedunt agmina plausu
Millia tot lata vix capiente via
Incipit inde tubis resonantibus ipsa canoris
Alma triumphali more figura vehi.
Et tandem pleno populi delata favore
In media templi ponitur aede sui.
Quae merito Floris patrio de nomine dicta
Praecellit reliquas nobilitate domos.

Mox

Mox ubi divinis rebus cum laude peractis
Haec eadem clero se referente pio ;
Muneribus cumulata novis opulentior inde
Ad proprium rursus ducitur ipsa locum.
Quam Sacra marmoreis nuper praesepta columnis
Ante dicata sibi suscipit ara vetus :
Sed melius munire volens Antonius illam
Ut cum plebe simul tutior ipse foret.
Dum Rex Aragonum populos Alphonsus Etruscos
Terreret magno nomine saepe suo.
Ut validam firmis precinxit turribus arcem
Aspera ne valeant bella nocere sibi.
Quae licet humano videatur robore fulta
Praesulis eiusdem sumtibus aucta probi.
Est tamen illa magis caelesti numine freta,
Ut certa produnt signa relata fide.
Ex quibus Angelicas reor hic habitare cohortes,
Tangere ne possit quis violenter eam.
Cum sit thesauro longe pretiosior omni ,
Adferat & plebi commoda multa suae.
Dum virtute pari pluvias moderatur, & aestus,
Nubibus & ventis imperat illa simul.
Et mala quaeque fugans stellae fulgentis ad instar
Optata populum prosperitate beat.
Inde nec effigies Marsi famosa Loreti ,
Assisique nec est anteferenda sibi.
Fama per Ausonias cuius celeberrima partes,
Crescit portentis dum micat ipsa novis.

De

De qua plura licet miracula dicere poſſem,
Sunt tamen illa modo praetereunda mihi.
Templa nec Etruſcas referam conſtructa per ur-
Ne breve prolixo carmine creſcat opus. (bes,
Non loquar Alpheae templum mirabile Piſae,
Nec geminas aedes quas Sena fecit ei.
Quarum prima ſitu toti praeponitur orbi,
Clerus ubi tantae cantica promit herae.
Suſcipit infantes non certo patre creatos,
Scalae nomen habens, altera magna domus.
Sub cuius titulo poſitas licet ipſe minores
Eccleſias nolim commemorare ſuas;

De Zona Pratenſi Beatae Mariae.

Non tamen omittam pretioſam dicere Zonam,
Inclita Pratenſis quam modo terra tenet.
Diſcipulo Chriſti quae quondam tradita Tho-
Dicitur a diva Matre petente polum. (mae
Cui bene de ſuperis illam dimiſit, ut eſſet
Adſcenſus miri certior ille ſui.
Quam vice praecipui ſuſcepit muneris idem,
Et tenuit ſancta donec in urbe fuit.
Sed poſt aeternae ſparſurus ſemina vitae
Aurorae longum pergere iuſſus iter,
Ut novus extremos ambiret lucifer Indos,
Et ſimul Eoae plurima regna plagae,
Virgineam fido Zonam conceſſit amico,
Penes quem longo tempore manſit ibi.

Hic

Hic illam nato moriens, natusque nepoti
Tradidit, ast heres ultimus ille fuit,
Qui bonus in sancta degens tellure Sacerdos,
Subdita iam regi quae Babylonis erat,
Ecclesiam Christi illa tempestate regebat
Uxorem Graiae foedere legis habens.
De qua suscepit mirae virtutis alumnam,
Nomine quae iusto dicta Maria fuit.
Cum bene compositis floreret moribus illa
Insignis forma, sed probitate magis.
Tunc Italus Michael, Pratensis origine, quidam
Ierusalem venit solvere vota Deo.
Sanctorum miro qui captus amore locorum
Longas Davitica traxit in urbe moras.
Inde Sacerdotis grata versatus in aede
Coniugium natae postulat ultro suae.
Adnuit hic dictis, & tamdem splendida vultu
Virgo sibi iusto iungitur illa toro.
Legitimis vero celebratis ordine taedis,
Adloquitur generum sic socer ille suum:
Quamvis non aequam valeam persolvere dotem,
Nec dignam thalamis, vir generose, tuis.
Attamen exiguae magnum superaddere doti
Hoc statui donum, quod modo trado tibi.
Protulit inde sacro tectam velamine Zonam
Virginis, & matris quae fuit ante Dei.
Cuius pura simul praecordia cinxit, & illud
Diva quod in casto ventre Maria tulit.
Christum dico Iesum, quem tellus non capit (omnis,
Nec valet immensi cingere zona poli.

Con-

Contulit hanc Thomas nostris maioribus, inquit,
Qui Domini tetigit stigmata vera sui.
Cuius amore volens partes Orientis obire
Hanc Zonam nostro sponte reliquit avo
Quam bene servatam longis constanter ab annis
Nunc tibi pro sponsa largior ecce nova?
Dixerat; & iuvenis donum venerabile sumens
Talia sic laeto reddidit ore sibi.
Dos erit ista mihi, quid enim pretiosius illa
Esse potest Domini quam tulit alma parens?
Hanc satis esse reor pro qua tibi dona remitto,
Quae mihi coniugii iure daturus eras.
Semper ego patriis illam venerabor in oris
Cum laribus fuero redditus ipse meis.
Urbs mea quae Pratum censetur nomine Tusco,
Inter aprica prius condita prata fuit.
Moenibus haec altis, & flumine cincta salubri,
In medio pulcri floret amoena soli.
Impolluta fides ubi permanet optima Christi,
Et colitur summo Mater honore Dei.
Ad quam si redeam sponsa comitante novella,
Denique cum tanto munere sospes ego.
Semper erit nostri socialis pignus amoris.
Zona haec, & patriae digna corona meae.
Quae nos & totam Pratensem muniet urbem
Praesidio cingens moenia nostra suo.
Pro qua condignas nequeo persolvere grates
Cum res haec auro sit pretiosa magis.
Pluraque sic grato Michael sermone locutus
Accepit strophii tradita dona sacri.

Sed

Sed post perfectis solemnibus ordine votis
Ad patrios statuens iam remeare focos;
Coniugis & Zonae duplici cum munere naves
Conscendit socero collacrimante pio.
Cuius ab amplexu discedens liber in altum
Vela dedit placido se revehente mari.
Aura flante levi, clavumque regente Maria,
Evasit tumidi taedia longa freti.
Incolumisque domum cara cum coniuge venit
Zonae dona ferens inclita Virgineae.
Sarcophago clausam quam multis ille diebus
Aucta servavit prosperitate sibi.
Sed post admonitus signis persaepe tremendis
Praeposito magnae praebuit Ecclesiae.
Sub Stephani titulo Protomartyris ante dicata,
Quae fuit & meritis amplificata suis.
Hanc cum forte minus reverenter & ille teneret
Signis terreri coepit & ipse novis.
Nam velut exortis subita formidine flammis
Nocte videbat ibi praeradiare faces.
Tunc ubi parva fuit mirabilis arcula Zonae,
Viscera quae Matris cinxerat ante piae.
Inde novum veteri construxit in aede sacellum,
In cuius medio nobilis ara fuit.
Mox ibi tunc illam populo spectante reclusit,
In quo iam longo tempore clausa manet.
Et genus omne mali tamquam medicina salubris
Effugat in celebri condita rite loco.
Saepius insano nimium correpta furore
Purgat ab immundis corpora daemoniis.

Un-

Unde per illius virtutem credere iussi
Hanc non ambigue Virginis esse ferunt.
Quis memorare queat quotiens parientibus illa
Attulit optatam convenienter opem.
Vimque suam Zonis impendere dicitur illis
Quas iuxta positas tangere saepe solet.
Harum ingens numerus partes defertur in omnes,
Christus ubi colitur cum Genitrice pia.
Cingitur bis mulier duro sub partus agone
Salva sit ut proles cum pariente simul.
Hinc nova florigerae Pratensis gloria terrae
Coepit, & accessu temporis aucta viret.

De feriis Pratensibus.

Illo namque die quo miri stella decoris
Orta fuit mundo, mater amaena Dei:
Haec eadem populo monstratur Zona fideli
Cuius ad adspectum plurima turba coit.
Quas rigat Eridanus, quas Tibridis abluit unda,
Et quas Tyrrhenae procreat ora plagae.
Huc omnes longo procedunt agmine gentes
Annua sub feriis solvere vota sacris.
Sed loca dum multo complentur singula coetu,
Area quem magni vix capit ampla fori.
Primus ad altare pulcra cum veste Sacerdos
Zonam fert gemina protinus inde manu.
Prosequitur multo niveus cum lumine clerus,
Cumque magistratu praetor & ipse venit.
Cum clangore tubae, redolenti turis odore,
Itur in excelsum non sine laude locum.

Quo

Quo ter procedens per gyrum, terque revertens
Semper cum ſtrophio presbyter ille ſacer
Ter foris adſtanti populo benedicit, & ille
Pro tanto grates munere laetus agit .
Redditur inde ſuae Zona haec ſolemniter arae,
Qua nihil Etruriae pulchrius ora tenet .
Denique ſic feriis patrio de more ſolutis
Turba frequens propriam dum redit ipſa domum ,
Vocibus altiſonis ſanctae praeconia Zonae
Praedicat, & laudes Virginis ore canit .

Finis Tertii Libri.

F. DOMINICI IOANNIS
THEOLOGI FLORENTINI
ORDINIS PRAEDICATORUM

Initium Quarti Libri Theotocon, de Basilicis Florentinis eidem Divae Genitrici consecratis.

*****

De Origine Urbis Florentiae.

QUam mihi divinae redeunti Matris ab ara
Versibus illa novis templa referre libet.
Quae sibi magnifico posuit Florentia sumtu
Dives in Etrusca condita rite plaga.
Victores orbis quam tunc posuere Quirites
Prestantes alta nobilitate viri.
Sub duce cum Sylla socialis praemia belli
De victis Fesulis haec tenuere loca.
Inter amaena prius florentis gramina campi
Munio quem torrens, Arnus & ipse rigat.
Hic Apenninis oriens de fontibus amnis
Ultimus antiquae terminus urbis erat.
Filia quando brevi crescens Florentia Romae
Aequavit proprii nominis ipsa decus.

Nam

Nam pollens opibus simul, & victricibus armis,
Clara domi semper militiaeque fuit.
AEmula Romanae quoniam virtutis & heres
Mitibus indulgens colla superba premit.
Libertate fruens late dominatur, & urbes
Haec alias aequa sub ditione tenet.
Gloria iam cuius cum toti nota sit orbi
Non eget ornatu carminis ampla mei.
Quamvis multa queam memoratu digna referre.
Fulgeat omnigenis laudibus illa quoque.
Et licet exterius miro sit praedita cultu,
Attamen ingeniis plus valet ipsa probis.
Dum foecunda parit sapientes mater alumnos
Splendoris multum qui retulere sibi.

Dantes, & F. Petrarcha Poetae.

Hos inter Dantes simul, & Petrarcha, poetae
Præfulgent libris auctor uterque suis.
Qui Florentinae merito clarissima gentis
Lumina censentur semper honore pari.
Quamvis non desint belli pacisque magistri
Tollentes patriae nomen ad astra suae.
Civilis vitae quae cultu pollet amoeno,
Nec minus insigni religione nitet.
Ut loca demonstrant aeterno condita Regi,
Pluraque Caelicolis rite dicata bonis.

De quibus illa placet paucis percurrere metris,
Quae Matri tantum structa fuere Dei.
Altera cum nequeat reperiri patria, quae tot
Maxima curavit condere templa sibi.

Aedes Sanctae Mariae in horto Sancti Michaelis Florentiae.

In medio cuius Sancti Michaelis ad hortum
Sedes Reginae cernitur esse poli.
Hic erat angelici tunc hortus forte sacelli,
Unde loco nomen quod fuit ante manet.
Nunc ubi magna domus praecelsae turris ad instar
Fertur in aereas altius una plagas.
Quae licet ex omni videatur splendida parte,
Sanctorum statuas dum foris ipsa tenet;
Attamen adparet longe speciosior intus,
Fulget ubi Sanctae matris imago Dei.
Hanc miro candore nitens amplectitur arcus
Sculptilibus pollens undique marmoreis.
Quorum compages tanta contexitur arte,
Ut sibi vix aliud par videatur opus:
Cuius ad impensam Dominae coelestis amore
Plurima tunc populus contulit aera simul.
Crevit in immensum quibus haec spectabilis aedes,
Unde figura satis sancta decoris habet.
Semper operta manens pretiosi tegmine veli,
Monstratur rara si tamen ipsa vice.

Sup-

Supplice cum vultu populo ſpectatur ab omni,
Cuius & illa ſua percipit aure preces.
Hinc ſibi perpetua feſtis ſub lege diebus
Cives hic laudes conſtituere cani.
Fida quibus tantae cuſtodia creditur aedis,
Ingens illius ne minuatur honor.
Priſtina ſed maneat tanti veneratio templi,
Et creſcat magnis auctibus illa diu.
Nunc ubi praefulgent auri ſplendore columnae,
Et ſimulacra nitent aerea multa ſimul.
Ac bene per vitreas Phoebo radiante feneſtras
Pulchrior adparet nobilis ille thronus.
Effigies in quo reſidet veneranda Mariae,
Quae valida patriam ſaepe tuetur ope.
Cuius ego partes cupiens ambire propinquas,
Plurima conſpicio templa puſilla quoque;
Quae prior excelſae Genitrici condidit aetas
Hac dum vera coli coepit in urbe fides.
Nam prope vicus adeſt ſanctae qui porta Mariae
Dicitur antiquo nomine rite ſuo.

Aedes in porta Sanctæ Mariae.

Eſt ubi parva domus magnae conſtructa Pa-renti
Proxima Guelforum cui manet aula ducum.
Hi vexilla ferunt aquilae felicia rubrae,
Vipereum forti quae caput ungue premit.
Sub cuius ſigno libertas parta ſalubri
Amplior in noſtra floruit urbe diu.

 Nec

De quibus illa placet paucis percurrere metris,
Quae Matri tantum structa fuere Dei.
Altera cum nequeat reperiri patria, quae tot
Maxima curavit condere templa sibi.

Aedes Sanctae Mariae in horto Sancti Michaelis Florentiae.

In medio cuius Sancti Michaelis ad hortum
Sedes Reginae cernitur esse poli.
Hic erat angelici tunc hortus forte sacelli,
Unde loco nomen quod fuit ante manet.
Nunc ubi magna domus praecelsae turris ad instar
Fertur in aereas altius una plagas.
Quae licet ex omni videatur splendida parte,
Sanctorum statuas dum foris ipsa tenet;
Attamen adparet longe speciosior intus,
Fulget ubi Sanctae matris imago Dei.
Hanc miro candore nitens amplectitur arcus
Sculptilibus pollens undique marmoreis.
Quorum compages tanta contexitur arte,
Ut sibi vix aliud par videatur opus:
Cuius ad impensam Dominae coelestis amore
Plurima tunc populus contulit aera simul.
Crevit in immensum quibus haec spectabilis aedes,
Unde figura satis sancta decoris habet.
Semper operta manens pretiosi tegmine veli,
Monstratur rara si tamen ipsa vice.
Sup-

Supplice cum vultu populo ſpectatur ab omni,
Cuius & illa ſua percipit aure preces.
Hinc ſibi perpetua feſtis ſub lege diebus
Cives hic laudes conſtituere cani.
Fida quibus tantae cuſtodia creditur aedis,
Ingens illius ne minuatur honor.
Priſtina ſed maneat tanti veneratio templi,
Et creſcat magnis auctibus illa diu.
Nunc ubi praefulgent auri ſplendore columnae,
Et ſimulacra nitent aerea multa ſimul.
Ac bene per vitreas Phoebo radiante feneſtras
Pulchrior adparet nobilis ille thronus.
Effigies in quo reſidet veneranda Mariae,
Quae valida patriam ſaepe tuetur ope.
Cuius ego partes cupiens ambire propinquas,
Plurima conſpicio templa puſilla quoque;
Quae prior excelſae Genitrici condidit aetas
Hac dum vera coli coepit in urbe fides.
Nam prope vicus adeſt ſanctae qui porta Mariae
Dicitur antiquo nomine rite ſuo.

Aedes in porta Sanctæ Mariae.

Eſt ubi parva domus magnae conſtructa Pa-*(renti*
Proxima Guelforum cui manet aula ducum.
Hi vexilla ferunt aquilae felicia rubrae,
Vipereum forti quae caput ungue premit.
Sub cuius ſigno libertas parta ſalubri
Amplior in noſtra floruit urbe diu.

 Nec

Nec minus Ecclesiæ causam solet illa tueri
Pars bona supremo semper amica Patri.
Hic vicina sedet locupletum turba virorum
In regione fori iure locata novi.
Semper ubi merces auri mutatur, & aeris
Et crescit magnis aucta moneta lucris,
Quae iubar obliquo peragit bissena meatu,
Hic descripta patent ordine signa poli
Et quota sit cicli perpenditur hora diurni,
Quas solet & varias reddere Luna vices.
Dum tenui cornu, dum tota luce coruscat,
Vel latet extincta saepius illa face.
Dum comes & Phoebo contraria vel manet illi
Hic sphera continuis edocet acta rotis.
Quo properet cursu numquam remeabile tempus
Admonet eiusdem nos epigramma loci.
Plurima sunt populo pariter gratissima toti,
Area quae circi continet ista novi.

Sancta Maria Uga.

Alter in antiqua locus est notissimus urbe,
Quem sibi progenies ante dicavit Uga.
Hanc Dantes decimo Paradisi carmine sexto
Cum reliquis claris stirpibus ipse notat.
Stegmata dum repetit populi generosa vetusti.
Enumerans patriae lumina prima suae.
Hinc ego divertens veluti retrograda parvo
Stella vehor ciclo dexteriora petens.

San-

Sancta Maria in Capitolio.

Qui prior occurrit veteri contermina circo
Virginis alta domus parva ſit illa licet.
Quae Capitolina cognomen ab arce propinqua
Sumſit, ubi ſedes imperialis erat.
Romae nam ſimilem retinet Florentia formam,
Effigiemque ſuae nata parentis habet.
Ut ſatis oſtendunt aliorum plura locorum
Nomina ſub metro non recolenda brevi.
Iurgia ſed vani fugiens veſana theatri
Mox iter Eoi permeo callis ego.

AEdes Nepoticoſa.

Et loca dilectae genitricis adire volenti
Aedes occurrit Nepoticoſa mihi.
Quam devota ſibi ſoboles Adimaria quondam
Hoc in quatrivio condidit ante ſitu.
Sculpta loco praebent aeternum lilia nomen
Alma quibus Genitrix aſſimilata fuit.
Cum foecunda Ieſum genuit ſine ſemine Chri-
ſtum,
Quem florem campi pagina ſacra vocat.

Sancta Maria in Campis.

Hinc ea, quae fuerat vicinis edita campis,
Ante domus retinet nomen & ipſa vetus.

Proeſul ubi noſtro reſidens Feſulanus in aevo
Aequo iure forum iudiciale tenet.

AEdes Proconſulis.

Cetera Reginae perquirens templa ſupernae,
Lumina dum circum ſaepe reflecto mea;
Ingredior caſu dignam Proconſulis aulam,
In qua magnorum ſunt ſimulacra virum.
Laurea preclari quos alta poematis ornat,
Et ſine praepollens gloria ſine beat.
Felix qui tanto reliquos praecellit honore
Ut rari compos muneris eſſe queat.

Abbatia Beatae Mariae dedicata.

Protinus urbani venio Praetoris ad aedem
Juxta quam ſedes Virginis alta manet.
Hic alitur ſoboles Benedicti clara parentis,
Et noſtro reſidet tempore ſancta cohors.
Rurſus adorata Regis Genitrice ſupremi
Dum ſua trans Arnum viſere pergo loca.

Palatium Dominorum Priorum.

Aurea conſpicio dominorum tecta Priorum
Aequali populum qui ditione regunt.
Turris ubi liquidas altiſſima ſurgit in auras
Et domus ingenti tota decore nitet.
Quam foris attingit vacui ſpatioſa theatri
Ante frequentatis area plena focis.

Fa-

Farinata Eques Florentinus.

Hic Ubertorum proles Farinata virilis
Olim magnanimus dicitur ortus eques.
Obſtitit hanc ſociis delere volentibus urbem,
Defenſor patriae victor & ille ſuae.
Sed reliquos taceo quorum vix nomina totus
Complecti poſſet parvulus iſte liber.
Praeteriens ſolium patrum ſublime potentum
Ocyus inceptam proſequor inde viam.
Et prope dimittens ſaevorum clauſtra Leonum
Horrea granifera plena relinquo fori.

Pons Rubacontis.

Et pontem recte propero feſtinus ad illum
Rectoris nomen qui Rubacontis habet.
Hunc ſubter flavas Arnus componit arenas
Corniger Etruſcis qui dominatur aquis.

Sancta Maria de Gratiis.

Pons hic aediculam Genitricis continet almae,
Gratia cui titulum praebet opima bonum.
Hanc opulenta ſibi proles Alberta dicavit,
Ardua quae circum proxima tecta colit.
Sic Regina ſedens hac parva grandis in aede
Supplicibus confert munera magna ſuis.
Et quae cum Chriſto caeli requieſcit in aula,
Non humiles horret Virgo benigna caſas.
Am-

Ampla nec insigni perquirit templa paratu,
Sed puras mentes, innocuasque manus.

Sancta Maria supra Arnum.

Cuius ad Ecclesiam mox pergo quae super Arnum
Edita contiguo nomen ab amne trahit.
Hic quoque celsa tenent & digna sedilia Bardi,
Et locus est prisca religione sacer.
In quo Prunetae domus est urbana figurae,
Cuius virtutes hic liber ante comit.

Pons vetus.

Hinc celeri passu veterem pertranseo pontem,
In cuius medio Martis imago fuit
(Quae modo non exstat) templo sublata Iohannis
Cui victus cessit belliger ille deus.
Nunc ubi limosa fertur latitare sub unda
Illo ne valeant auspice bella geri.

Pons Sanctae Trinitatis.

Proxima sed Iacobi peragens sacraria magni
Mox secus egregium transeo pontis opus.
Qui proprium traxit cognomen ab aede propinqua,
A trina titulum quae Deitate capit.
Quam colit umbrosae proles clarissima Vallis,
Cuius in hac olim floruit urbe Pater
Gual-

Gualbertus vitae fulgens ſplendore Ioannes ,
Cui nomen pietas rara perenne dedit .
Quidam forte ſui pollutus ſanguine fratris
Obvius armato factus inermis ei ;
Viribus inferior nullo munimine fretus
Aggere difficilis clauſus utroque viae ;
A qua nec tecto poterat divertere, ſed nec
A facie liber fortis abire viri ;
Cum ſpes vitandae mortis iam nulla ſubeſſet,
Omni profugio deficiente ſibi;
Territus inſtantis tanti novitate pericli
Protinus illius corruit ante pedes .
Leto ſum dicens & poena dignus atroci ,
Ob fratris caedem , vir generoſe , tui .
Sed propter Chriſtum qui nos a morte redemit
Ne memor eſſe velis criminis oro mei .
Saepius id repetens lacrimis flagitabat amaris
Mitior ut fieret pectoris ira feri .
Flectitur audito Gualbertus nomine Chriſti ,
Deque ſua ferrum proiicit omne manu .
Adlevat inde reum pronum tellure iacentem,
Et comitem ſanctam ducit in aediculam .
Quam ſimul intrantes oculis lugentibus ambo
Ante aram pictae procubuere crucis .
Adſtat uterque moerens,& toto pectore ſupplex,
Mox veniam gemitu poſcit uterque pari .
Inde tenens hoſtem dextra Gualbertus amica
Hunc hominem dixit do, Crucifixe, tibi :
Iure graves meruit poenas homicida ſubire
Non parcens fratri perfidus iſte meo .

Cui

Cui data, Christe, tuo pro nomine damna remisi,
Nec male patrati criminis ultor ero.
Vivat amore tui quamvis me laeserit ultro:
More licet dignus vivat amore tui.
Sume, Iesu, donum tribuo quod mente fideli
Christe, salus animae te precor una meae.
Haec ubi sincero prompsit de corde Ioannes
Ocius illaesum iussit abire virum.
In cruce pendentis cui Salvatoris imago
Inclinare caput visa repente fuit.
Sponte sua certis ostendens nutibus illa
Ingenui gratum munus habere viri.
Tantae fama rei monimento clara perenni
Illic in pulcra martyris aede patet.
Nam Minias Christi requiescit miles ibidem,
In summo templum culmine montis habens.
In medio cuius Crucifixi vera figura
Eminet antiqui nuntia prodigii.
Plurima pro sacro quo turba piamine tendit,
Et sextis feriis purior inde redit.
Hic dilecta Deo nivea cum veste caterva
Militat angelicis adsimilata choris.
Petrus ubi Medices construxit rite sacellum,
Unde novo priscum crevit honore decus.
Desuper eximio dum totum fornice clausum
Ex Pario factum marmore floret opus.
De quo plura vetant me fari templa Mariae,
Quae mihi iam celeri sunt adeunda pede.
Singula nempe volo citius percurrere, quam Sol
A nostro radios auferat orbe suos.

San-

Sancta Maria Carmelitana.

Iam Carmela mihi nostro perfecta sub aevo
Non procul adparet religiosa domus.
Quae licet exsistat Genitrici condita sanctae
Laudibus incumbens nocte dieque suis,
Non tamen omittit Domini spectacula nostri
Edere, dum celsum scanderet ille polum.
Annua sublimis celebratur pompa triumphi,
Quae iucunda solet mentibus esse bonis.

Corpus B. Andreae Episcopi.

Hanc Sacer Andreas Fesulanus Episcopus ornat,
Integra cuius ibi corporis ossa manent.
Sed sibi maiorem praebet Carmelia famam
Religio, multa quae probitate valet.
Cuius non possum brevibus primordia dictis
Promere, successus nec memorare suos.

Pons Carrariae.

Pluribus inde meo precibus de pectore fusis:
Vertor ad Arthoae sidera sicca plagae.
A carris dictum cupiens transcendere pontem,
Quem magis insignem res memoranda facit.
Nam qui mirifica lapidum compage tenetur
Pons vilis pretii ligneus ante fuit.
Iuxta quem pagus cognomine Frigidianus
Aemulus urbani semper honoris erat.

Hic

Hic magnam medio molem construxit in **Arno**
Iudicii credens fingere posse diem.
Auctores ludi laeto clangore per urbem
Praecones mittunt, qui loquerentur ita.
Ad Burgi veniat spectacula Frigidiani
Alterius mundi qui nova nosse cupit;
Concurrunt avidi praefixo tempore cives,
Nec minor agrestis turba repente cobit.
Undique nam geminas complebant agmina ripas
Multos in fluvio continuere rates.
Gens tamen infelix ascendit maxima pontem
Ut queat ex alto plura videre situ.
Illi opus eximio certant complere paratu
Et simulacra suis fingere quaeque modis.
Quæ tamen omitto, ne me diversa canentem
Oblitum recte quis putet esse viae.
Quando nec illa meo comprendi carmine debent
Quae tunc nec superis grata fuere bonis.
Non bene divinis miscentur ludicra rebus:
Ut male res illo tempore gesta probat.
Nam dum Iudicii peraguntur signa futuri
Et varios gaudet turba videre iocos.

Ruina Pontis Carrariae.

Alta repente cadens resoluti machina pontis
Plurima sub rapidis millia mersit aquis.
Tunc simul in miseros vertuntur gaudia luctus
Expers a gemitu nec domus ulla manet.
Per-

Pertransire libet tantae monimenta ruinae
Ne fiat nostro carmine forte minor.
Non fuit ulla prius strages hac maior in urbe,
Verbaque praeconum vera fuere nimis. (ni,
Nam reprobi portas penetrasse putantur Aver-
Insontes vero regna petisse poli.
Hinc meliore novum struxerunt omine pontem,
Ne plebs consimili clade perire queat.

AEdes Beatae Mariae, & Omnium Sanctorum.

Inde tenens laevam generosum permeo vicum,
In cuius medio cernitur una domus:
Consecrata prius Genitrici quae fuit almae,
Et pariter Sanctis omnibus illa quoque.
Hanc habitu candens humilis tam nomine quam re
Ordo colit magna cum probitate domum.
Amplam cui laudem martyr Rossorius adfert,
Cuius habet sacrum servat & ipsa caput.
Purpurei Lucas pilei redimitus honore
Hac iacet in media conditus aede pater.
Optimus interpres divini dogmatis idem,
Iure sibi magnum praebet & ipse decus.

AEdes Sanctae Mariae in Prato.

Unde salutata domini Genitrice recedens,
Hesperii teneo sideris inde viam.

Et

Et simul in dextra spatiosi margine prati
Aediculam video non procul esse brevem.
Iuxta quam residens Sanctarum turba sororum
Sub titulo servit Virginis ipsa Deo.

Sancta Maria de Scala.

Mox ibi curvato paulisper poplite, dixi,
Da facilem reditum Virgo serena mihi.
Speque bona fretus Phoebi convertor ad ortum
Ingrediens aliam Virginis ultro domum.
Quam Pollina sibi proles construxit, ut esset
Hospitium pueris omnibus expositis.
Qui sine labe mali propria nutrice carentes
Hic gratis divae matris aluntur ope.
Nomen habet Scalae, quae caelum vertice tangit,
Dum meritis penetrat sydera cuncta suis.
Nam fovet ambiguis pueros maioribus ortos
Quos non culpa ligat, poena sed alta premit
Hos alit aeterno domus haec accepta parenti
Sponte vacans operi semper & illa pio.
Inde nec informes horret contingere partus:
Et portenta docent plurima picta foris.
Suscipit haec omnes altrix foecunda, nec ullum
Amovet a proprio longius illa sinu.

Tem-

Templum Sanctae Mariae Novellae.

Protinus Ecclesiae patet aedes alta Novellae
Condita sub titulo Matris & ipsa Deae;
Cui domus interior nimium speciosa cohaeret,
Qualem nec totus forsitan orbis habet.
In qua Dominici residet clarissima Patris
Progenies doctis amplificata viris.
De quorum numero Ioannes, & Leonardus,
Lumina doctrinae bina fuere sacrae.
Claruit ille quidem rutili splendore galeri,
Non procul a Buda qui situs urbe manet.
Ordinis alter erat communis iure Magister
Sub medii sculpto qui iacet aere chori.
Cetera subticeo reliquorum nomina Patrum,
Quos parit Ecclesiae fertilis iste locus.
Est ubi Pontificis statio pulcherrima Summi,
Dum tantus nostra Praesul in urbe sedet.
Inde coronatus nuper diademate Caesar
Hac pariter celebri traxit in aede moram.
Undique nam claustris eadem praepollet amoenis,
Et tegitur solido fornice tota simul.
Sed licet ipsa foret specie formata decenti,
Aequa tamen facies non erat ante sibi.
Quam proprio nunc Rucellarius aere Iohannes,
Praecipuo tantae Matris amore calens,
Exornat tabulis vario de marmore sectis,
Et frontispicium perficit ipse novum.

Hinc populi pleno semper laudabitur ore,
Et merces dabitur centupla iure sibi.
Hic quoque praelucet Bertini fama Iohannis,
Arte sua tantum qui fabricavit opus.
Undique pomiferis complectens ostia ramis,
Nudaque sub vario marmora flore tegens.
Unde fit eiusdem facies conspectior aedis
Sculptoris studio sic renovata probi.
Constantinopolis Praesul dignissimus urbis,
Hic Patriarcha iacet conditus ille Ioseph.
Quo duce magna fidem suscepit Graecia veram
Per Florentini dogmata Concilii.
Hic longae merito perfunctus munere vitae
Aeterno tumuli floret honore sui.
Ceterea praetereo tanti praeconia templi,
Ut valeam reliquas eius adire domos.

Sancta Maria Maior.

Et citius magna digressus ab aede, minorem
Ecclesiam tantae Virginis ingredior.
Maior ab antiquis vero quae nomine dicta
Ante fuit, quando re quoque maior erat.
Mox ubi Reginae persolvunt vota supernae
Adsumtae, recto tramite pergo viam.

Sancta Maria de Flore.

Et prope conspicio summi fastigia templi,
Quod populus multo condidit aere sibi.
Cui

Cui de flore dedit pulchrum Florentia nomen,
Aequo iure sibi quod liquet esse datum.
Quum sacra quae caeli produxit virgula florem
Floreat istius culta decore loci.
Huius enim templi sublatus ad ethera vertex
Qualibet ingenti celsior arce patet.
Nam faber egregia praefulgens arte Philippus,
Tempore qui nostro Daedalus alter erat.
Non equidem fictis volitans super aequora pennis,
Praeditus ingenii sed probitate sui,
Ingentem solido construxit fornice molem,
Quae procul a terris sidera versus abit.
Non opus Agrippae, non fanum immane Colossi,
Non Pharos Aegypti par reperitur ei.
Hinc ultra septem veteris miracula secli
Octavum meruit iure tenere locum.
Inferius triplici testudine, desuper una
Structa manet, nullo robore fulta prius.
Ordine tota pari facies octogona pollet,
Et totidem vitreis orbibus illa micat.
Cuius prima caput nimium speciosa coronat,
Et tegit auratis aerea pila comis.
Undique terquinis intus vallata sacellis,
Exterius vario marmore cincta manet.
Splendida cui Lucas auri percussor & aeris
Ostia componit Robbius arte pari.

Quam foris & munit pulcherrima turris, & ornat,
Ad ſacra quae populum feſta ciere ſolet.

De Iotto inſigni Pictore Florentino.

Hanc prius inſigni deſcripſit imagine Iottus,
Cui data picturae palma ſuprema fuit.
Omnes ille ſua ſuperans aetate magiſtros
Non erat antiquo pictor Apelle minor.
Qui patriae magnum cupiens impendere munus
Exemplar turris tale paravit ei.
Qua nequit in terris ſpecioſior ulla videri,
Marmore quae circum verſicolore nitet.

Corpus S. Zenobii.

Hic ſacra Zenobii requieſcunt Praeſulis oſſa,
Et pretioſa caput continet arca ſuum.
Hic erat Antiſtes noſtrae ſanctiſſimus urbis,
Cuius vita fuit prodigioſa nimis.
Poſt obitum vero tot geſſit mira, quod arbor
Contactu feretri floruit una ſui.

Templum Martis, nunc Ioannis Baptiſtae.

Idque columna docet templo vicina Ioannis,
Mavors eiectus belliger unde fuit.
A quo

A quo sublatum Baptistae praebuit illud
Hic populus solvens annua festa sibi.
Qualia non fiunt reliquis, ni fallor, in oris,
Si bene cuncta mea volvere mente velim.
Omnia nam clari peraguntur more triumphi,
Terraque iucundis plausibus omnis ovat.
Et domus ornatu completur tota recenti,
Splendeat antiqua nobilitate licet.
Ianua figmentis praefulget trina coruscis
Artificis docta sic fabricata manu.
Ostia de solido statuens Laurentius aere
Ingens perpetui fecit honoris opus.
Quale prius toto nec factum creditur orbe,
Unde probi claret nomen ubique viri.
Area multicolor radianti fornice tecta,
Et cum vexillis cerea dona novis.
Arula mirifico pollens argentea cultu,
Et cum Reliquiis vasa decora sacris.
Aerea Pontificem quae continet urna Ioannem,
Pluraque carminibus non repetita meis.
Hanc celebrem fecere domum cum fonte salubri,
In quo divinis gens recreatur aquis.

Aedes Misericordiae.

Unde pusilla mihi domus est adeunda, Mariae
Proxima quae nomen commiserantis habet.

 Haec

Haec tenet ambiguo pueros errore vagantes,
Ne patrii pereat nescia turba laris.
Tuta sed hoc fido maneat sub culmine, donec
Reddantur patribus pignora cara suis.
Talis enim nostra mos hic servatur in urbe,
Praeferri reliquis quae pietate solet.
Ut loca demonstrant ingenti condita censu,
Pauper ubi carpit quilibet aeger opem.

S. Maria Nova.

Sed Nova quae fertur cunctis praeponitur una
Pauperibus locuplex semper amica Domus
A Portinara quae primum condita prole
Sub titulo Divae Matris & ipsa fuit.
Ditia magnanimi cui dant patrimonia cives
Praebentes illi muneris omne genus.
Nam quicumque suum facinus persaepe remitti
Mortis in extremo quaerit agone sibi
Hic bona Christicolis tribuenda relinquit egenis,
Ut prosint animae rite locata suae.
Gratis ubi plures inopes curantur & aegri,
Efficit incolumes quos domus ista Dei.
Quam pia cum tota Mater nunc protegit urbe
Et iuvat auxilio Virgo beata suo.

Sancta Maria de Angelis.

Post haec Angelico signatum nomine templum
Eiusdem castae Matris adire volo.

Hic

Heic eremi soboles babitat Camaldula sancti
In terra pollens moribus Angelicis .
Alba veste nitens celesti floret amictu ;
Et parit illustres candidus ordo viros .

Ambrosius Abbas.

Quos super Ambrosius, velut inter sidera Titan,
Eminet ingenii nobilitate sui .
In Latiam vertit qui Graeca volumina linguam,
Quum simul eloquio clarus utroque foret .
Edidit & nostra plures aetate libellos
Hic pater , Angelici gloria vera loci .

Loculus S. Martini , Nemesii , Proti , & Hyacinti.

Ossa ubi Nemesii , & Proti , pariterque Hyacinti
Condita sarcophago sunt pretiosa novo
De puro quem Cosmas & Laurentius aere
Fecerunt , Medicae lumen uterque domus .
Ex quibus haec aedes triplici diademate pollet,
Splendida Sanctorum facta cruore trium.
Aurea purpureae sileo redimicula vestis,
Quicquid & iste locus nobilitatis habet .
A dextris cuius Candelia permanet aedes
Reginae summi rite dicata poli .
Hinc laevam repetens per vicum nomine Gallum
Mox Nivis aediculam pergo videre novam.

Sancta Maria de Nive.

Mater ubi colitur titulo dignissima tanto,
Quum fuerit munda purior ipsa nive.
Hinc bene sextili fiunt sollennia mense,
Rite sub Herculeo festa leone sibi.

Aedes Sanctae Apolloniae.

Altera sub dextra domus est celeberrima parte,
Quae signo Sanctae fulget Apolloniae.
Hanc Donatorum veteri de stirpe creata
Edidit alma soror, nomine Caecilia;
Quae probitate fuit priscis heroibus aequa
Femina, magnanimis non minor ipsa viris.

Aedes Sancti Marci.

Inde sacella mihi cupide Mariana petenti
Vir bonus occurrit talia voce ferens:
Perge viator iter, tantae qui Matris amore
Tangeris, & Marci limina sospes adi.
Laeta Redemtoris quoniam cunabula nostri
Votis adspicies non aliena tuis.
Pareo mox dictis, & templi tecta propinqui
Ingressus sanctum cerno puerperium.
In quo sculpta manet parientis imago Mariae,
Et primogeniti forma pusilla sui.

Ce-

Cetera praesepis simulacra videntur amaeni
Clarius in dextro praeradiare situ.
Qua ratione trium celebrari festa Magorum
Hactenus hac ipsa semper in aede solent.
Quam vir magnanimus Cosmas aetate recenti
Gente satus Medica condidit aere suo.
Et nova Principibus componens templa supernis
Toto collectas orbe refudit opes.
Hac in laude viros supereminet ille potentes
In qua nec Reges adsimilantur ei.
Invidiam rerum superat fulgore suarum,
Vincere quam summi vix potuere Duces.

Aedes Novitiorum Sanctae Crucis.

Fecit amaena novis habitacula religiosis
Qui resident ampla semper in aede Crucis.

Templum Sancti Laurentii.

Laurentina domus seclo neglecta priori
Emicat impensis aurea facta suis.

Abbatia Fesulana.

Altera sub Fesulis regali splendida cultu
Structa patet tanti largitione viri.
Hic Augustini soboles Canonica Patris
Permanet, antiqua religione vigens.

Quam

Quam bonus externis primum conduxit ab oris
Cosmas, lux patriae qui fuit una suae.
Cui pariter multum splendoris contulit idem
Munera sacratis quum daret aequa locis.

Bibliotheca S. Marci.

Sed quia religio documentis dedita rectis
Semper in hac Marci permanet aede nova.
Hic varia posuit praestantes arte libellos,
Quos praeclara nimis bibliotheca tenet.
Nam simul & Latiae pretiosa volumina linguae
Continet, & Graii codicis omne genus.
Sed licet eximio constet domus ista paratu,
Ac simul in cunctis floreat alma locis.

De Antonino Praesule.

Plus tamen hanc nostrae Primas Antonius urbis
Exornat, signis auget & ipse novis:
Ordine qui pollens & cornu pontificali
Aequavit priscos integritate Patres.
Zenobio similis, nulli probitate secundus,
Ecclesiae nostro tempore lumen erat.

De duobus claris civibus Florentinis.

Quo bona produxit geminum Florentia sidus,
Dum claros cives protulit ipsa duos.

Quo-

Quorum defensor patriae memorabilis alter,
Et populi tutor more Catonis erat.
Firma sed alter erat Cleri tutela fidelis,
Cui censura gravis cum pietate fuit.
Divitiis Cosmas, meritis Antonius amplis,
Praefulgent varia clarus uterque via.
Hic erat Antistes omni virtute refertus,
Ille fuit magnis adnumerandus heris.
Cuius fama volat terras vulgata per omnes,
Ecclesias quum tot struxerit ille simul.

Karolus Magnus.

Quae superant omnes, quas nostra Magnus in urbe
Fecerat imperii Karolus aere sui.
Martyr ubi colitur pulcra Laurentius aede,
Cosmas in loculo nunc iacet ipse brevi.
Nam vani pompam contemnens funeris ille
Parvum pro tumulo legerat ante locum.
Felix quem Patrem patriae Florentia dixit,
Eiusdem civis tuta favore probi.
Hic simul orta domi compescens bella forisque
Par summis meruit nomen habere viris.
Quod primum populi decreto contigit illi
Ut pretiosa monet corporis urna sui.
Ast Antoninus Sanctorum canone dignus
In media Marci permanet ipse domo.
Scripsit ubi plures aequo de iure libellos,
Codicis interpres non minor ille sacri.

Cu-

Cuius honor crescit pariter cum tempore, donec
Addatur superis optimus iste choris.
Quod prope clara diem portendunt signa futurum,
Ut data multa probant cerea dona sibi.

S. Maria de Servis.

A cuius celebri discedens ipse locello,
Dum prius obmissam sponte resumo viam,
Atria contemplor Dominae felicia nostrae,
Libera cui servit Religiosa manus.
Haec servile sibi capiens ab origine nomen
Obsequiis tantae dedita Matris erat.
Quae prius Ancillam Domini se sponte vocavit,
Dum Regem Christum mox paritura foret.
Dum sibi de supera Gabriel statione salutem
Attulit, ut clare littera sancta monet.
Tunc servi formam Dominator sumpsit Olympi
Ex humili factus Virgine mitis homo.
Praecipuo cuius veneramur honore figuram,
Dum genibus flexis Angelus adstat ei.
More salutantis niveo velatus amictu,
Pictus in effigie qua sibi dixit, Ave.
Talis in hoc templo mirae virtutis imago
Digna sedet multis inclita prodigiis.
Hanc urbs nostra colens, & quaelibet extera tellus,
Orat praesidio tutior esse suo.

Cu-

Cuius ope a variis ſanantur corpora morbis,
Et bene curatur vulneris omne genus.
Ut figmenta probant ſub multis cerea formis,
Factus & incolumis ſexus uterque docet.
Per quam ſanati Reges, Dominique potentes,
Inſignes ſtatuas hic poſuere ſuas.
Aſpera ſaepe duces bello diſcrimina paſſi
Servati valida Virginis huius ope,
Seſe cum propriis illi vovere caballis,
Dantes militiae congrua dona ſibi.
Hi ſunt belligeri ductores agminis omnes,
Quos ſuper immanes ſtare videmus equos.
Grandaevi proceres etiam, natuque minores,
Hic reſident, imum plebe tenente gradum.
Vrbis habet ſpeciem fictis habitata colonis
Haec aedes, hominum tot ſimulacra tenens.
Et ſicut in vero ſtruitur certamine pugna
Ordine ſi recto debeat illa geri;
Sic pariter denſis acies ornata maniplis
Parte ſub alterutra cernitur Eccleſiae.
In cuius vacuo pendentes aere puppes
Mater ab aequoreis diva redemit aquis.
Nam mare componens celſa rutilantior Arcto
Implorata vagas dirigit ipſa rates.
Quas hic inſtructas adeo perpendimus, ac ſi
Vera forent alto bella gerenda mari.
Nam quaecumque ſolent terra pelagoque nocere
Amovet auxilio ſancta figura ſuo.
Ut mala ſuſpenſi teſtantur vincula ferri,
Quaeque ſimul pendent intus & arma foris.
Hic

Heic exempla patent miseros signantia casus,
A quibus humanum protegit illa genus.
Sed licet a populo foret haec celebrata frequenti
Pulcra salutatae Matris imago Deae:
Non tamen istius veteris structura sacelli,
Apta videbatur, nec satis aequa sibi.
Quod Petrus advertens Cosmi certissimus heres,
Et domus & patriae cura nitorque suae:
Mox illam merita cupiens in sede locare,
Hoc dignum tanta Virgine fecit opus.
Nam bene de niveo conflatum marmore totum
Et pretio reliquas vincit & arte domos.
Quatuor arca novas inter manet una columnas,
Et tegitur plano fornice tota super.
Quam sculptura vetus radio descripta recenti
Ornat, & auratis contegit ipsa comis.
Multa super viridi candent ubi lilia tyrso,
Signa domus Medicae mitia poma rubent.
Angelica suspensa manu micat alta corona,
Quam Dea sublimi fronte Maria tenet.
Lampade multiplici caeli rutilantis ad instar
Nocte dieque nitet Virginis ara piae.
Crater in hac media situs est pulcherrimus aede,
Qui linfas patulo continet ore sacras.
Cui lapis ornatum paragonius addit, & ingens
Dat sphera de fusco marmore facta decus.

Qua-

Quatuor hoc orbes sustentant rite minores,
Aerea Baptistae formula complet opus.
Percipit unde frequens optata piamina coetus,
Purior, ut tactis inde recedat aquis.
Cetera Virginei parco memorare sacelli
Munera, quae Petrus contulit ampla sibi.
Et nova pro gazis sacraria fecit opimis,
In quibus oblatae sponte locantur opes,
Quas Reges, clarique Duces, fortesque Tyranni
Ponere pro votis heic voluere suis.
Sunt ubi cum variis argentea vasa figuris,
Quae tegit interius picta tabella foris.
Angelicus pictor quam finxerat ante Iohannes
Nomine, non Iotto, non Cimabove minor,
Quorum fama fuit Tyrrhenas clara per urbes,
Ut dulci Dantes ore poeta canit.
Floruit & multis etiam virtutibus idem
Ingenio mitis, religione probus.
Huic data prae reliquis merito pictoribus, illi
Gratia fingendae Virginis una fuit.
Ut docet eiusdem manibus descripta Iohannis
Saepe salutatae forma venusta Deae.
Heic nova Religio, Servorum dicta Mariae,
Ex tenui coepit surgere principio.
Cuius parva brevi per mundum gloria crevit
Maxima divinae facta Parentis ope.

De

De Beato Philippo.

Benitius mira pollens virtute Philippus,
Inclitus hac olim vixit in aede Pater.
Ossa modo cuius sita sunt veneranda Tuderti
Mortua, portentis vivificata novis.
Nunc dignus celso Praesul Marianus honore,
Tanti vera salus & decor ipse loci;
Hic probitate sua templum conservat & auget,
Dum placido mentes admonet ore pias.
Corripit audaci populos sermone potentes
Vera loquens, nullo territus ille metu.

De Beato Petro Martyre.

Sed quibus ista domus meritis praeluxerit olim
Clara probant sancti Martyris acta Petri.
Qui nostram purgare volens erroribus urbem
Hospes in hac fidei perstitit aede pugil.
Stans ubi tunc heresim cupiens abolere nefandam
Dictis mollibat pectora dura suis.
Sed, quos non poterat verbo curare salubri,
Iure coercendos viribus esse ratus,
Fortunata dedit populo vexilla fideli,
Et cruce signatos misit in arma Duces.
Cum quibus in bello cives prostravit iniquos,
Praesumsere piam qui violare fidem.
Dum sibi polluta finxerunt dogmata mente
Spargentes heresis semina pestiferae.

Id

Id manifesta docent geminae monimenta columnae
Fluminis ex omni nunc quoque parte sita.
Altera trans Arnum domui vicina cohaeret,
Quae iustae titulum Felicitatis habet.
Pars ibi cum fidei Petro sub martyre victrix
Accepit pugnae digna trophaea suae,
Altera cis fluvium veteri contermina pago
Exstat, cui trivium nobile nomen inest.

Aedes Bigalli.

Hoc pictura monet Mariani nota Bigalli,
Et vexilla crucis candida purpureae.
Quae modo condigne servantur in aede novella,
Ne pereat tantae fama vetusta rei.
Inde patet quanto fidei flagraverit igne
Militiae ductor maximus iste Dei.
Cuius amore calens memoratu digna peregit,
Plurima dum tanta traxit in aede moram
Quam simul illustrat nostris constructa sub annis
Proxima sub signo Virginis ampla domus.

Sancta Maria de Innocentibus.

Haec fovet expositos tamquam pia mater alumnos
Rite trahens pueris nomen ab innocuis:
Quam foris aspectu laetissima porticus ambit
Redditur unde sacrae semita grata viae,

Tramite quae recto geminam perducit ad oram,
Semper ubi Christi presidet alma Parens.

S. Maria de Muratis.

Vir locuples multo cui Bencius aere Iohannes
Obtulit insignem religione locum.
Quem nunc Muratae sanctissima turba sorores
Vitae florentes integritate colunt.
Inde salutatae titulo fulgere Mariae
Promeruit nostro tempore casta domus.
Semper ubi tantae resonans praeconia matris
Profert Angelicas pura caterva notas.
Hanc amat ingenuam Caeli Regina cohortem,
Ultro quam missis educat illa cibis.
Salve sanctorum custos veneranda locorum
Supplicibusque tuis fer pia Mater opem.
Cui bona tot celsas posuit Florentia sedes,
Quot mea descripsit nunc operosa manus.
Cuius Diva tuo conserva numine plebem,
Et tibi sacratas quaeso tuere domos.
Me quoque placato mater nunc adspice vultu,
Parva nec ingenii munera temne mei.
Non ego magnificum valeo componere templum,
Nec pretiosa queo solvere dona tibi.
Id faciant illi quibus est opulentia rerum,
Hoc exile tibi dedico pauper opus.
Ante quod ipse tuo fretus spiramine coepi
Felici clausum fine rependo tibi.

Qua-

Qualibet illustri Genitrix heroide maior
Sis licet, & Sanctis omnibus ipsa prior.
Attamen hos humiles elegos contemnere noli,
Quos miro cecini raptus amore tui. (trum
Conditor Aurorae veterum clarissima pa-
Gesta canens celebri non sine laude Petrus
Heroicis elegos coniunxit versibus olim,
Inque suo fecit codice Prosper idem.
Florent Sedulii, laudantur scripta Iuvenci,
Acta Redemtoris qui cecinere boni.
Ingenio pollens & versu sexquipedali
Doctus Apostolicum vertit Arator opus.
Ambrosius dulces, simul & Prudentius hymnos
Scripserunt, lyrico clarus uterque metro.
Et reliqui recta dictantes arte libellos
Carmina de rebus composuere sacris.
Primus ego laudum pelagus lustrare tuarum
Exigua coepi, Virgo serena, rate.
Exemplum praebens aliis imitabile doctis
Ut coeptis studeant addere plura meis.
Et Iove cum falso saeva Iunone relicta
Incipiant veram te celebrare Deam.
Si quid forte tua non dignum laude notavi
Abrogo; praeconi parce benigna rudi.
Finem carmen habet, non lauri serta requiro;
Tu studii merces esto, Maria, mei.
Insignem parvo titulum das magna libello,
Unica lux vitae semper amaena meae.
Quam precor a cunctis primum defende periclis,
Post animam placida suscipe, Diva, manu.

Ut per mortis iter diro ſecurus ab hoſte
Ingrediar celſi te duce regna poli
Ed tua, ſincera quam mentis imagine pinxi,
In Caelo pateat gloria vera mihi.
Inde coronatus viridi ſuper aethera myrto
Mellifluo laudes proſequar ore tuas.
Et nova cum ſuperis referens praeconia Muſis
Te ſine fine canam verſibus ipſe meis.
Nunc ubi magna ſedes hominum Regina beatrix
A dextris Nati plena decore tui.
Qui cum Patre Deo vivens per ſecla coevus
Una cnm Sancto Flamine regnat; amen:

FINIS.

AL-

ALBERTI ADVOGADRII

VERCELLENSIS

De Religione, & Magnificentia Illustris

COSMI MEDICES

FLORENTINI

***

Liber Primus Incipit.

COsme, meo primus index venture libello
Sis memor ingenii vim tenuisse mei.
Si dederis vultus faciles, tu viribus amplis
Ornabis cytharas ingeniumque meum.
Cum quibus & facili carptim tua carmine templa,
Et qua magnificus sis ratione canam.
At si te rigidum ostendas, vultuque feroci,
Quae tibi te duro mollia plectra feram?
Ergo dabis placidum mihi te; sine iudicis arte
Perlege, iam dantur lintea vela notis

Templum Divi Marci.

Cosme, reor nullum te religione Deorum
Maiorem: nec qui se ferat esse parem.
Quis dedit in lucem veluti haec quae nomine Marci
Templa? quibus tantum marmore saxa vides.
Illic testudo multa est: vidisse columnas
Fas erit, aurato marmore, Cosme, tuo.
Quasque volens illic Divorum nosse figuras
Cognosces signis, nomine vel proprio.
Non tamen has credas humiles celasse magistros;
Certum est, non cedent hi Polyclete tibi.
Quamvis & vatem cythara resonante notaris,
Et vel Athlantidem multa monere viros.
Vel choreas ductant quas nymphae in margine fontis
Castalii, fuerant quae mora multa viris.
Forte petis lignum, nihil est nisi vera cupressus,
Quam Cybelae sacram qui cecinere volunt.
Sive petis Patrum sedes, seu culmina tecti;
Nil stat in hoc templo ni cyparissa trabes.
Se faciem adspicias arcis, tu mira videbis,
Et rapiet sensus res tibi visa tuos.
Vivus eris mundo, vivus sine sensibus ullis;
Ac veluti somnus quem sopit arte sua.

Qua-

Quaque pedes trabis ipse tuos, si cernere tentes,
Dices, in templis bella lapille canis.
Bella iubet Cosmus variis signare lapillis,
Quae prisci admonitu conseruere Dei.
Illic adspiceres Moysen freta laedere virga,
Inque duas partes se secuisse salum.
Non procul hinc structum est, quibus & se muniat armis,
Qui parat invictum vincere fraude puer.
Inde vides iuvenem clarumfacieque, comisque,
Consilium patris no'le tenere sacri.
Et fera per dumos fugientem tela parentis,
Quae puto vitasset, sed coma longa negat.
Parte alia in longis vires qui crinibus amplas
Gessit, adest solus praelia dira movens.
Iam scires qua sorte necem, qua coniugis arte
Vincitur, & vindex ut fuit inde ferus.
Sique chorum advertas (sic sunt sua nomine vulgo)
Ipse tibi est dices dignius orbis opus.
Illic sunt sedes, illic armaria libris
Plena: quibus laudes & pia vota canunt.
Inque dies laudant horis pia numina septem,
Quas prisci, & divi constituere Patres.
Perge precor summi videas altaria templi
Et quibus ornetur quaelibet ara togis.
Quo serico atque ostro lustrentur tegmina levi,
Quoque auro divum detinet ara suum.

Si crucis impensam, vel quae sacrista gubernat
Quis videt, is cunctas credidit orbis opes.
Egredior templum spectans summa atria Patrum
Deficit hoc uno lingua manusque loco.
Primo claustra oculis subeunt magna obvia nostris,
Et niveo, & caeco marmore culta pari.
In medio sua prata virent decorata cupressis,
Quorum flaminibus vincitur omnis odor.
Prosequor, & specto quonam post plurima sacra
Conveniunt patres dum sonat aere coquus.
Me stupor invadit, tanto munimine mensas
Adspicio; & tali luce fenestra micat.
Stando gradus faciles, ubi sunt miro ordine cellae
Innumerae; haud mirum res puto digna Deo est.
Quam bene metitus fuit hic cuncta ostia, quamquam
Dividit in partes haec quoque rite duas.
Post cellas gravis iste labor numerare libellos,
Quos duplici lingua Bibliotheca tenet.
Ista tenent nostros, servat pars altera Graecos:
Quis poterit quot sunt enumerare libros?
Cum numerum tegat iste tuum, qui millia multa
Construis, & nummis, rex Ptolemaee, tuis.

Et

Et quamquam ſurgunt templa haec ſub nomine Marci,
Qui ſacri pictus membra leonis habet,
His tamen in cultum data ſunt; qui juſſa Tonantis,
Dominici obſervat multa monenda viros.
Hi ſunt qui aeternum meruerunt ſumere nomen;
Hi ſunt, quos talis bibliotheca decet.

Templum Divi Laurentii

Non tamen hic finis templorum, Coſme, canetur,
Quae facis, & quae ſunt cum ſtipe facta tua.
Nonne eſt cum cratibus facta crux tibi nomine Divi,
Qui cratifer fertur, quod gerit ille cratem.
Quanta ſit argenti vis, quam hic tu, Coſme, dediſti
Atque auri, quis, dic, enumerare queat?
Non habuit Caeſar tantam, & ſi aeraria ſolus
Rumperet, & mundi ſolus haberet opes.
Plurima teſtudo templo eſt, vitreaeque feneſtrae,
Quarum auri pondus quaelibet una capit.
Eſt facies, arcus, & ſunt ſine fine columnae,
Eſtque chorus, ſunt & per loca multa trabes.

Cun-

Cuncta haec nec dubium multos voluere magistros
Et carptim plures ad sua facta dies.
Quantum auri censes pretii tabula aurea maior
Et quantum quae aras ostrea texta tegunt.
Quidque cruces, multus que calix, & pompa sacrorum,
Et libri, dictu quid voluere precor.
Aut locus in quo stat Corpus Sacra Hostia Christi;
Namque auri libras iussit habere decem.
Vero viam cape, tecta patrumque, & cuncta notato,
Digna haec invenies nomine perpetuo.
Non desunt cellae, non hic sua claustra, nec hortus.
Non locus hic, in quo sumitur ore cibus.
Ne te aliquid lateat, colit haec pia templa Sacerdos,
Nomen cui antiquum fecit habere canon.
Hic est ille prior chorus, hic qui nomine primi
Pontificis sacer est, nitrea frena gerens.

Dormitorium Sanctae Crucis.

Una hominem virtus clarum facit, adde secundam:
Qui fuerit clarus per duo maior erit.
Cosmus habet multas fateor sine crimine; cur non
Reddetur toto tertius orbe gradus?

Et

Et si quid gravius quam sit gradus iste repertum est,
Id dabitur Cosmo, nec sine iure datum.
Cosmus enim est magnus dic religione Deorum;
Dic mihi num minor est lege pudicitiae?
Est pudor in Cosmo tali radice refixus
Quod nullo obiecto posset abire malo.
Et ne aliquem exemplo captum pudor ipse lateret,
Curat ut in certis certior esse queat.
Viderat in sacro templo imminuisse periclum
Prob veneris vetitae; nunc opus arte refert.
Et nova dat fieri quae dormitoria cernis,
In templis quae sunt edita voce crucis.
Illic vult parvos fratres dormire, nec illic
Fors ubi societas maior honesta fugit.
O clarum exemplum! nonne haec sunt signa pudoris
Digni Calliopes carmine, vel Clarii?
Cede hinc, qui in castris spernis pia virginis ora
Quam potes amplexu detinuisse tuo.
Ille ait: o Iuvenem mixto candore; iube ergo
(Nec mora) quod veniat ad tua vota Fabi.
Sprevisti nymphae cultum, faciemque videndam,
Sprevisti argenti munera magna; probo.
Sola tui fuerat certe tunc cura pudoris,
Cura tibi externi nulla pudoris erat.
At Cosmo dolor altus inest, quum nubilis annis
Pauperie ostendit se caruisse viro.

Nam-

Namque timet fors haec cogent prostare puellam,
Et capere a multis munera spurca viris.
Tunc primum mandat, fiat dos digna puellae,
Ne rapiat faedum forte lupanar eam.
CrispePater, Livium vocites, veniasque Valeri,
Num valet hic vestros inter habere locum?
Certum est, in prima fas est hunc sede sedere,
Et vestrorum operum iure tenere caput.

Sacellum Boscheti.

Phoebe veni ad silvas, minimum cedamus ab urbe,
Me silvae vocitant; in nemus ire paro.
Illinc saepe leves cervos ad culta fugavi
Hortando celeres per nemora alta canes.
Retia saepe etiam maculis distincta tetendi,
In quibus & vulpes docta retenta fuit.
Saepe meis manibus lustrans nemora ipsa iacentem
Accepi leporem, nec canis ullus erat.
Et si me insuetum sol, vel sitis arida pressit,
Umbra recens fuerat, claraque fontis aqua.
Silva dabat baccas, dabat & mihi mollia fragra,
Cumque tonis aberant hinc sitis inde calor.
Cumque mora in silvis facta est quo tempora poscunt
Sint reditus ad quae sunt loca prima citi.

Nunc-

Nunc ſumus in ſilvis , dic o mihi Coſme nec altum
Aedificas in qua tu trahis urbe moram .
Nec tua per ſilvas conſumere vidimus urbem
Urbe decor laus eſt , factaque in urbe probo .
Silva latet , quis nam poterit non viſa probare?
Laudat digna videns ; non videt illa , ſilet .
Non tulit impatiens Boſcheti audita ſacerdos
Incipiens , quis te cepit amice , furor ?
Tu canis, & merito , laudes & nomina Coſmi,
Et verbis nomen vis abolere ſuum .
Ignoras quod nos mundi loca cunctaque , & urbes
Ambimus Chriſti iuſſa monendo homines .
Et ſi quis nobis digito benefecerit illum
Pandimus, & toto clarus in orbe ſedet .
Is quum laudatur maior ſua gloria vero eſt,
Non digitum , at dicunt impoſuiſſe manus .
Credula res cunctis , & quamquam ſumma videtur ,
Creditur , eſt nobis quod data magna fides
Nos petimus loca cuncta freti,nos ultima terrae,
Fugimus ad Ganges , India nec latuit .
Et cum me quaevis tellus tenet ulla , ſacellum
Scando movens templi , ſe meminiſſe Dei .
Oſtendo , aedificat ; quid nam tibi templa merentur ?
Partem habet in cunctis officiis meritam .

Exempla ante oculos ducens, Cosmumque ferendo
Sideribus, dic nunc perdidit ille sua?
Occulta est fateor domus haec, & condita silvis,
Si melius spectes non nemora esse feres.
Sed dices campum Elysium, vel amaena vireta
Digna tuis manibus, diva Pomona, sacris.
Silva fuit quondam, nec adhuc sine nomine silvae est;
Boscheti locus hic nomina prima tenet.
Nunc quia mutata est, habitu procul ente priore,
Cur retinet falso nomina prima tenet.
Hoc patet in silva tantum locus esse ferarum
Dicitur, hanc homines incoluisse vides.
Sed ne te teneam, videas pomaria, vites
Atque hic seiunctas ad sua rura rosas.
Oleraque, & dulces herbas, & quae urbibus horto
Nascuntur, nostrum dat sine lege nemus.
En cervos errare leves, per que avia campi
Pascere, & ut pellant carpere grana famem.
Et capreas, lepores auritos, currere cursus;
Nulla agiles tardat spinea silva feras.
Forte prius si tu hos saltus sedesque ferarum
Vidisses, spinis se fera quaeque dabit.
Non poterat spectare feras, non agmina longa
Cervorum, portant cornua terga quibus;
At nunc quod Cosmus, cui larga pecunia templis
Templum ingens struxit, omnia clara vides.

Quod

Quod puto si adveniens a summo vertice talos
Doctius inquires, displicuisse neges.
Atque domos, ad qvas postquam solemnia divis
Fecimus: accedit turba verenda patrum.
Sive velis cellas, ad quas post pocula sumta
Vaditur, aut ubi sunt fercula sumta locum.
Quid moror hic ubi vis, est tanta pecunia Cosmi
Artis arithmeticae littera nulla foret.
Et quamquam in silvis sunt haec templa edita coecis
Non ne putas nemori structa videre Deum?
Iam pater in lucis vitam Franciscus agebat;
Gaudet, & in lucis cum videt esse suos.
Vicisti pater alme meum me iudice carmen;
Sed quorsum quis te cepit amice furor?
Perdideris passus, si me ad mea tecta rogabis,
Pro que tuis verbis: hoc dabo: vade Deo.

Singularis Descriptio Abatiae Fesulanae Canonicorum Regularium divi Agustini.

Delius inspirat vates, & dissona verba
Temperat, & molles tendit & arte fides
Cura illi est citharae, calami quoque cura strepentis,
Cura & defessi vatis inire comes

Nunc

Nunc opus est cytharam cures, sunt magna canenda;
Atque opus est nostras tendere Phoebe fides.
Et ne quid desit, sint subterranea tecta,
Quae patribus servent vina phalerna meis.
Hic scaae per quas itur loca summa petenti
Sint niveae, sunto marmoreique gradus.
Quinquagintaque sint thalami, quos nomine cellas
Dicimus, bis totidem stent volo rite Patres.
Et quia tot Patribus victum dare templa negarent
Pauperie, & iuvant proxima culta dabo.
Quaeque suo fuerit pluteo patris inclita cella,
Quo poterit sacris instuduisse pater.
Lustrentur cellae vitro, sint ostia busso,
Et parvam claudat bussea valva domum.
Sine dato cellis, nil deest, tamen omnia desunt
Cosmus ait spectans quid sua charta petat.
Inde locum inspiciens quem fors sua charta notabat.
Inquit, erit viro dignius orbis opus.
Hic volo: & est finis domui mea dicta notate
Digna suis fiat bibliotheca libris.
Fulgeat in primis aurato marmore porta,
Sit celata meo dextraque laeva modo
Sederit aurato cum pectine Phebus in altum.
Plectra movens, quae cum cogitat ire lapis
Et

Et circum poteris turbam vidisse verendam
Ludere,& ad sonitum gramine ferre pedem.
Gramina Calliope magno comitante Marone
Calcat prima, pedes sed movet ore gravi.
Naso celer pedibus, vel fors lasciva Thalia
Cogit, agit motu mollia crura levi.
Dira canens maesto Senecam Melpomena vultu
Increpat, ad choream quod negat ire Dei.
Atque alii, quos nunc longum narrare fuisset,
Dicentur, tunc cum venerit hora rei.
Post haec aurato stridebit cardine porta,
Aereque, supposito marmore, limen erit.
Et labor hic foribus fiet: volo fiat eburnus,
Aurata & valvis stet sera digna suis.
Aurat asque trabes ponam, & cristallina nectam
Argento, ut fiat digna fenestra loco.
Et partes dehinc quisque suis per prata figuris
Laetus erit campis aemulus Elysiis.
Atque libros sibi quaeque suos servabit imago;
Ille ethicam, haec satiras, illaque ficta sibi.
Ista theologicos; sunt curae huic scripta Sophiae;
Grata suo Domino urbs stat quoque tuta Dei.
Ne prior in varios mutetur & ordo, catena
Argento vinctus quisque libellus erit;
Veste quidem merita talem meruisse catenam;
Aurea nam fuerit; non ego vana loquor.

 Iam-

Iamque opus hoc factum est : dicet quis in orbe videri
Posse opus ? haec cedat bibliotheca cui ?
Nunc venio ad templum (facies mihi prima notanda est)
Ad quod scandetur marmoreis gradibus .
Lata erit haec facies surgenti ad sidera mole ,
Cuius apex Divum, qui sine pelle , tenet .
In foribusque aurata Dei de marmore Mater ,
Cui natus capiti regia serta locat .
Hinc circum Seraphina cohors , Cherubinaque , & idem
Quae plectra, & dulci carmina voce movent .
Dextra tenet Divum , qui tanta volumina fecit
Quanta ullus qui sit ; sed mihi crede duo .
Laeva tuam servat formam, divine Timothee,
Qui fuisti Antistes Ephesia urbe pius .
Portaque , ne factum nihil , & simul omnia credant ,
Porphyrea ius est sit fabricata petra .
Ferreus hic valvis cardo stridebat ahenis ,
Limina compositis aerea sint gradibus .
Hic canimus montes , hic & memoranda per annos ;
Hic canitur toto Cosmus in orbe senex .
Cosme, reor doctum pictorem te esse sequutum,
Nomen qui aeternum post sua fata cupit .

Nam

Nam dum mollis eum passim sua detinet aetas;
Discit, & accedunt tempus & ars pariter.
Sed postquam insenuit cernens breve tempus adesse,
Dicit: ego an morior, nomen & omne meum?
Non faciam a cerebro extractam, aut a mente figuram,
Quae mi, etsi moriar, nomina longa dabit?
Dixit, & extemplo dictum sua facta sequuntur,
Et facit aeterno nomine digna senex.
Tu quoque quum fueras iuvenis, iuvenilia terris
Exstruis, atque etiam carmine digna gravi.
Si tamen haec spectes, quae post iuvenilia facta
Templa facis, nihil est quo iuvenile probes.
Hic nihil exstructum fuerat, vestigia saltem,
Quae tibi nitenti condere signa darent.
Sed fuerant saevi montes, nemorosaque saxa,
Magna inquam, & rupes, & sine lege locus.
Tu rupem in veram duxisti robore nummi
Planitiem: quis hic saxa fuisse feret,
Post montem abscissum? certe haec sunt digna Maronis
Ingenio, & sacro carmine digna Dei.
Exstruitur domus alta tibi, domus invida nulli,
Sive sit in Latio, seu sit in orbe, reor.
O quantas, nec falsa loquor, pater alme Timotheu,
Cosmus habet grates, tempore quas referet.

Quum fueris tu cauſa prior, quod conderet arcem,
Arcem hanc quam verbis dicit iniſſe tuis.
Praecipue quum tu Coſmi ſub nomine librum
Tradis, & ad caelos ſe & ſua magna canis.
Eliceres verbis, ait hic, ſe ſaxa movere
Sponte ſua, & duros ſcindere ſe ſilices.
Hinc primum in faciles foſſas convertere montes
Cogit, & hinc ſciſſus mons ruit ima petens.
Hinc mandat fieri foſſas, fundareque muros,
Fundamenta quibus alta fuiſſe iubet.
Ne pereant nam vult ingentia pondera geſtent,
Et iubet ut dentur tempora longa ſeni.
Haud mora, vult celeres operis doctoſque magiſtros
More ſuo templum qui, aedificentque domum.
Ille quidem doctus chartis notat omne, domumque
Adnotat, hic ſtabit ianua porphyrea.
Poſt portam mandat, fiatque hic porticus ampla,
Hic ſcalae, hic que gradus marmore primus eat.
Clauſtra dehinc ſignat, tantis ſint paſſibus, atque
Arbor erit medio, ſed cypariſſus erit.
Clauſtraque candenti ſint vult teſtudine ſtructa
Pondera, & unius bina columna regat.
Altera ſit variis diſtincta coloribus, & quae
Fit comes, haec niveo marmore levis erit.

Hic

Hic volo ſtet tonſor; ſtent ſacra capitula iuncta,
Hic locus eſt his, quos febris iniqua premit.
Verte pedem, hic fiat mando duce digna coquina;
Hic vas, quod lymphas praebeat aere manu.
Nunc venio ad ſedes, capient quis fercula patres,
Omne procul lignum, ni, cypariſſe, tuum.
Sed menſae cupimus fiant de marmore vivo,
Claraque ſit vitro quaeque feneſtra ſuo.
Advena ſi fuerit quivis hac parte locetur,
Hic comedat, ſitque hic non procul ipſe torus.
Sic ubi ſit puteus, venies te iudice, dices
Eſſe prius templum hoc, quam ſacra templa Petri.
Coſmus enim accepit patris pia verba verendi,
Atque ait, Eſt potior non ea cauſa, pater.
Haec potis eſt, tanta capior dulcedine veſtri,
Veſtri habitus, carum ut nil ſit in orbe mihi.
Et capior vita, claris quoque moribus, & quod
Haec veſtra in Latio regula prima fuit.
Et pater eſt vobis doctorum primus, & ille,
Quem celebrat tantis laudibus Eccleſia.
Hic vos Canonicos dixit. Sed regula iuncta eſt,
Noſter vult eremus nomen habere quibus,

Unde velut cunctis vestra est haec regula nobis
Dignior, hinc illam do potiore loco.

Sacellum montis Averni.

Finis hic est templi summi, quod voce senectae
Struxisti, & templo est iunctaque structa domus;
Laude quidem digna haec sunt, & cum nomine magno;
Signaque sunt mira relligione viri.
Sed ne praeteream, nec te mea carmina fallant,
Cantabo quicquid aure favente scio.
Quod sparsim perque ora virum, per strata viarum
Auditum est, clara voce replente vias.
Nulla domus sacra est, nulla hac & in urbe sacella,
Hospitium nullum est pauperibus requies.
Quae tua non capiant & saepe, & munera magna,
In quibus haud fas est dona videre tua.
Urbe parum factum est, quid tu, tu monte in Averno,
Nomine Cosmeo digna sacella facis.
Non sat erat sacrum hoc: Domini tu sancta sepulchra,
Quae sunt Ierusalem, condecorasse paras.
Ma-

Magna parat Cosmus, sed tu, Saladine, recusas,
O rapiant sensus ista negata tuos.
Quippe parum Cosmo nocuisti, corda notantur;
Aequa quidem est facto mens pia quaeque pio
Non habet infelix pauper, dum quaeritat urbem,
Quo sitis, aut rabida possit abire fames.
Alter veste caret, febris atque hunc atra fatigat,
Ille suos natos paene perire videt.
Iste petit Romam pulsurus crimina, at ille
Ex voto Antoni brachia sancta petit.
Sed probibet scelerata fames; quicumque rogarit,
Dextra gravis fiet te sibi dante stipem.
Unde omnes currunt, & magna palatia replent,
Et detestatur te via lata gemens.
Quid facit hic Cosmus, tot tot mea terga frequentant,
Itque redit totiens cohors miseranda viam.
Non aliter quam cum parvam formica cavernam
Exit grana petens, & reditura cavis.

Unde velut cunctis vestra est haec regula nobis
Dignior, hinc illam do potiore loco.

Sacellum montis Averni.

Finis hic est templi summi, quod voce senectae
Struxisti, & templo est iunctaque structa domus;
Laude quidem digna haec sunt, & cum nomine magno;
Signaque sunt mira relligione viri.
Sed ne praeteream, nec te mea carmina fallant,
Cantabo quicquid aure favente scio.
Quod sparsim perque ora virum, per strata viarum
Auditum est, clara voce replente vias.
Nulla domus sacra est, nulla hac & in urbe sacella,
Hospitium nullum est pauperibus requies.
Quae tua non capiant & saepe, & munera magna,
In quibus haud fas est dona videre tua.
Urbe parum factum est, quid tu, tu monte in Averno,
Nomine Cosmeo digna sacella facis.
Non sat erat sacrum hoc: Domini tu sancta sepulchra,
Quae sunt Ierusalem, condecorasse paras.

Ma-

Magna parat Cosmus, sed tu, Saladine, recusas,
O rapiant sensus ista negata tuos.
Quippe parum Cosmo nocuisti, corda notantur;
Aequa quidem est facto mens pia quaeque pio
Non habet infelix pauper, dum quaeritat urbem,
Quo sitis, aut rabida possit abire fames.
Alter veste caret, febris atque hunc atra fatigat,
Ille suos natos paene perire videt.
Iste petit Romam pulsurus crimina, at ille
Ex voto Antoni brachia sancta petit.
Sed probibet scelerata fames; quicumque rogarit,
Dextra gravis fiet te sibi dante stipem.
Unde omnes currunt, & magna palatia replent,
Et detestatur te via lata gemens.
Qnid facit hic Cosmus, tot tot mea terga frequentant,
Itque redit totiens cohors miseranda viam.
Non aliter quam cum parvam formica cavernam
Exit grana petens, & reditura cavis.

EIVSDEM DE RELIGIONE (*)

MAGNIFICI ILLVSTRIS

COSMI MEDICES

FLORENTINI.

***

Liber Secundus & ultimus
feliciter incipit.

QUis probibet partem post relligiosa secundam?
Nonne duas partes iste libellus habet?
Musa fave inceptis, adsis rogo pulcer Apollo,
Vela notis dedimus, subgere verba precor.
Scripsimus & quantum licuit mi, Cosme, sacella;
Muto meos numeros, atria magna peto.
Atria & in primis, quae sunt tibi condita ruri
Digna suis Dominis, atria digna Deis.
Quid deest non novi, sunt alta palatia coelo,
Et lata, & summo cardine porta sedet.
In

(*) Legendum est *De Magnificentia*.

In foribus tua ſigna vigent, caelataque in auro
Stat pila, quae ardenti rubra colore micat.
Sunt etiam fauni, ſatiros ſaltare bicornes
Videris, & nemoris numina multa ſacri.
Ingredere: haec loca tecta ſuo fas cernere plumbo eſt,
Auratas cernes per pia templa trabes.
Ora tenens terriſque oculis te iudice prona
Parva bonas gemmas eſſe lapilla feres.
Nam ſicut in coelis volvunt ſe ſydera bis ſex,
Quorum aries fertur iure tenere caput;
Sic ego, quos credes gemmas, ſignare lapillis
Incipiam, deero cum ſua finis erit.
Et quotquot ſunt ſigna polo, nec plurima ſeptem,
Tectaque Creteo ſint data ſumma Iovi.
Ingens crux medium decorabit lignea templi,
Qua viſa poterit flectere quiſque genu.
Non tamen hanc credas, quamvis ſit lignea, quod ſit
Vilis, namque aurum eſt, quod ſacra ligna tegit.
Forte feres: Coſme, hic non ſunt parva ulla ſacella.
Bis ſex ſunt nobis aedificanda nota.
Ornataſque aras ardenti murice, & oſtro,
Quas faciet dignas petra alabaſtra togis.
Firma crates cuncta haec ſervabit munda ſacello
Ferrea, & hanc claudet clave recluſa ſera.

Nunc

Nunc venio ante chorum, sedes ubi stabit eburna
Conspicuis patribus splendida facta suis.
Pelle caret Divus, pellem tamen illius ara
Portat: nam Tyrio murice tegmen habet.
Atque Alabastra petra est ingenti pondere tegmen,
Pondera quae Latio sunt sine sorte pari.
Auro Ancona suum decorabit fulgida templum
Maior quae adverso lumine damna geret.
Hic caput excelsi magna testudine templi
Fiet, qua picti velleris agnus erit.
Et circum bis sex non uno nomine divi
Adstabunt, hac sex, hac quoque erunt totidem.
Non pictura, sed haec erit auro forma lapilli,
Quae musae vulgo dicitur esse labor.
Haec domus est in qua ponent sacra omnia patres
Sive velis aurum, tegmina sive velis.
Primum laeta situ est, vitro quoque laeta fenestra,
Laeta pyro & cedro, quod sacra cuncta tegat:
Quid teget incipiam: primum sint tegmina centum
Purpurea, bis vadunt ad sua sacra patres.
Sint totidem pro aris, calices teget altera centum
Cellula, & innumeras dissimili arte cruces.

Crux

Crux tamen illa prior quanto cum pondere numi
Facta erit, & quali iaspide culta suo.
Haec loca erunt pedibus, per quos candela tenetur,
Et vasis, per quos turis habetur odor.
Haec auro & gemmis fuerint fabricata, nec ullus
Crederet, haec multam velle tenere stipem.
Atque haec pro libris cultu maioreque forma
Nobilibus, legitur lectio sancta quibus.
Sunt thalami, & loca grata quibus stat eburnea mensa,.
Tolle oculos, laquear (cetera sperne) vides.
Multa etiam cernes cultu quae civica numquam
Dixeris, ast clari Principis esse feres.
Inter quae decorata auro patet ampla fenestra,
Qua duo considunt, cuique sedile suum est.
O speculam insignem, resides si forte, fenestrae
Spectabis villam, ruris & omne decus.
Atque videbis uti claro de fonte fluentum
Spargitur, & parvo flumine prata rigat.
Prata inquam variis distincta coloribus, atque
Distincto redolet flamine missus odor.
Post haec stat dulcis vitis pendentibus uvis,
Arcubus immensis quae iacet artis ope.
Nec procul & multos spinis defensa videtur
Purpureo, & cano grata colore rosa.

Sed

Sed quis quot videas fructus, quoque ordine sidant,
Scripserit? is certe non sine mente canet.
Illic sunt ficus, illic dulcesque volemi,
Ordine nec rupto cedrua planta viret.
Ecce duos fructus una super arbore natos,
Hinc pyra, & hinc, mirum est, carpere mala potes,
Sunt alii fructus, cerne, hic sunt cerea pruna,
Hic nux, sed tingit cortice caesa manus.
Sed ne depereat, postquam pia prata rigavit
Fons, facit in summo gramine limpha lacum.
O risum ingentem, natat hinc atque inde per undas
Piscis, & hunc undis est tetigisse leve.
Post pisces nemus arte patet, tecta alta ferarum,
Tecta inquam muri limite cincta sui.
Quercus adest, res grata Iovi, quae munere glandis
Pascit apros, brutum & missile tegmen habens;
Castaneaeque iacent passim cum cortice diro;
Est arbor caeco cincta tolore Erebi.
Sunt ilices, pinus, corylus quoque grata puellis;
Est abies, est & laurus amica Deo.
Si tenuit risus, cum spectaremus in undis,
Maior erit, dum fors per nemus ire libet,

Agmi-

Agmina cervorum pascuntur cornibus altis,
Et capreae, fugit hinc ad loca tuta lepus.
Arte sua vulpes leporem sectatur, & altum
Martur habet quaerens qua vice fallat avem.
O felicem hominem, quisnam sub cardine caeli
Deliciis vir habet aequiparanda tuis?

Palatium Vrbis.

Scripta mihi silva est, magnam redeamus ad urbem,
Quod sum pollicitus, Phoebe, sacella notans.
Cosme, alti nulla est certe mea cura palati,
Postquam operis tanti carmine finis adest.
Quod maiora mihi numeris sunt urbe canenda,
Atque tua, o versu quo recitanda forent?
Est via qua gradiens vivo de marmore calcas
Saxa, haec florenti stat via in urbe tua.
In medio decus omne viae sunt atria Cosmi,
Atria, quae a summis Regibus apta putes
Vix oculis spectare licet, sunt proxima caelo,
Quorum apicem decorant cornua marmorea
Si peteres quid saxa ligat, quae marmore cano
Adligat, & tenax mole bituminea,
Sed faciem non marmor habet, quod molle bitumen
Nectat, habet triplici clara colore petra.

Con-

Conspicui loca summa tenet petra digna alabastri,
Dextraque porphyreus vult tenuisse lapis.
At, quem serpentis vulgo dixere priores,
Laeva habet, o Clarii ianua digna modis,
Et qua signa potes muris spectasse pilisque
Culta rubris, sex sunt nec numerata prior.
Porta ingens summi claudit loca cuncta palatj
Visibus e summis nec sine mente Dei est.
Proxima & insignis portae testudo notatur,
O quam diverso picta colore micat!
Porphyreis decorata suis patet ampla columnis
Porticus, & medio stat quoque curtis honos.
Munda quidem est curtes, nam plumbea tecta fluentum
Mittunt, quod terris parva fenestra vorat.
Porticus haec claris non tantum est structa columnis,
Est aliud maius sculpta figura Deum.
Et caput, & merito Iovis est, & lampada quassat
Qualis Stellifero cum sedet ille polo
Phoebus enim ex humeris lauro pendente pharetra
Emicat, & patri proxima iura tenet.
Mars ferus horrendo retinet loca tertia vultu
Arma ferens diris sanguinolenta modis.
Aurea Mercurium decorant talaria plantis,
Virgaque; si numeras a Iove quartus erit.
Post

Post Athlantiadem medio non ente videtur
Vittam oculis gestans nudaque membra Deus.
Ultima iura tenet clava, spolioque leonis
Clarus, non puduit quem genuisse Iovem.
Omnia diversis ornata coloribus haec sunt,
Quae cernens dices promeruisse Deos.
Scalarumque gradus scandens mirabere certe
Iurans naturam non potuisse quod hic.
Haec loca sunt mensis, videas ibi quanta cupressus;
Stellatasque auro cerne micante trabes.
En quali & vitro plumbo & compacta fenestra
Digna suo domino, qua sua signa vigent:
O mensam ditem, dic auro quanta supellex,
Quantaque praegustans aurea vasa tenet.
Est puppis, qua vasa salis reclusa tenentur,
Et centum liquidas quo capit ore dapes.
Sunt gladii, servatque eadem vagina bicuspes;
Vasaque sunt servat vina phalerna quibus.
Quis numerat pateras ingenti pondere, quisnam
Det pretium pelvi, qua cadit unda manus?
Vel vasi, in quo stat manibus nec tradita limpha,
Cuius fastigio sunt adamanta tria?
Denique nulla tuis desunt vasa aurea mensis,
Sive decus mensae, seu sibi mensa velit.
Si thalamos vidisse paras, sunt aurea fulcra,
Atque suos servant lintea clausa toros.

Scri-

Scrinia ſi tentes, immenſo eſt pondere pondus,
Quot puto ſunt cophinis his adamanta tuis.
Multa mihi ſcripta ſunt; tandem veniamus ad hortum
Cui Latio haud nullum non reor eſſe parem.
Hortus enim eſt magnus, ſed nec pro fructibus actus,
Sed quo ſit tantum buxea planta decens.
Quam verti in varias cogit manus apta figuras;
Hic elephas, hinc eſt dente timendus aper.
Videris & puppim velis maris aequora paſſis
Scindere, nec deſunt prora rudenſque rati.
Illic eſt aries, illic lepus auribus altis,
Illic eſt vulpes fallere docta canes;
Cornibus arboreis fas eſt te viſere cervos
Et quae fert centum lumina cernis avem.
Quid moror? hic tot ſunt brutorum corpora buxo,
Et diverſa quidem, quot reperire licet.

De aliquibus magnificentiis in generali.

Sunt equidem, Coſme, haec, & facto & nomine digna,
Vnde & magnificus dives & orbe volas.
Privatus Coſmus, rege eſt ſed ditior omni,
Et Coſmi regno ditior ipſa domus.
Credula res cunctis, patet hoc: quae regna, vel urbes,
Multus ubi non ſit numus ubique tuus?

Bel-

Bellaque, vel paces, quae sunt, quae nomina Cosmi
Non habeant mediis insita visceribus?
Et sine te, Cosme, poterit quis bella movere?
Coepta vacant sine te, te sine bella ruunt.
Tu pacem, tu bella manu, tu praelia portas;
Cuicumque es fautor vicerit ille ducum.
Quod patet ex multis; dic nam mihi castra tumultu
Alfonsi regis quo petiere domos?
Venerat auratis pennis, galeaque, comisque,
Etruriam sceptro iungere velle suo.
Etruriae timet omnis homo, metuere rigentes,
Quippe erat a multis haec metuenda via.
Vrbs tua te rogitat, patremque ducemque vocando;
Deficiunt nummi, Cosme, faveto tuis.
At Cosmus, cui larga manus, Iam sumite nummos,
Dixit, & adiecit millia multa stipis.
Quotquot erunt nobis, tot condonabimus urbi;
Quis urbi obsessae munera ferre neget?
Vnde tuis nummis victor procul urbe fugatur,
Et te magnificum dat tua larga manus.
Ver mihi dant multi flores, non unus in hortis
Ille ait, & solo non data teste fides.
Tu Cosmum in sola laudas probitate; quid ergo
Magnificum censes, qui facit alta semel?

Quippe & vana canis, digna & censore Catone;
Huic ego, ni pigeat, iam potiora notes.
Insubrium Regis meministi fata Philippi,
Atque urbs vult omni vivere cassa duce.
Regna tamen poscit, cui nulla pecunia ductor
Sforcigenum, nulla spe faciente viam.
Si deerant nummi, stat nam spes omnis in illis,
Quo poterat dic nam subdere regna modo.
At Cosmus nota ductoris regna petentis
Pauperie, huic auri pondera magna tulit.
Atque ait; o soceri petiturus regna Philippi
Ductor Sforcigenum, iam mea dicta notes.
Haec dedimus, quae sunt vestrae via prima salutis,
Pondera, consumtis his quoque plura dabo.
Ne timeas, metus omnis abest, da carbasa ventis,
Pergito, non deerunt omnia nostra tibi.
Si nummi vincunt, hercle est fas vincere nobis;
Sunt nummi, sunt & iaspidis omne genus.
Dixit, & his ductor Franciscus pectora sumsit,
Regnaque nec maesto milite laetus adit:
Laetus adit, sternitque hostem, regnisque potitur,
Adfirmans Cosmum regna dedisse sibi.
Tertius ecce tibi dabitur lingua invida testis,
Convivis dic quas mandat habere dapes.

Et

Et quotiens Cosmi cives sibi pocula tectis
Accipiunt multi, nec tamen unus erit.
Quotque duces, comitesve ducum sua pocula libant,
Et qua sit facie quisque receptus ei.
Legati Regum atque ducum rectoribus ipsis
Demissi, Cosmo dant sua verba prius
Advena sit quivis, qui externis partibus urbem
Ingreditur, Cosmo est, huic via prima pedum;
Huncque petit: non urbs est huic, & in urbe petita,
Ac veluti qui te iam petiere livi.
Iste colit musas, colit hic quoque verba soluta:
O mira in tectis bibliotheca suis.
Nunc legit altisoni sparsim pia scripta Maronis,
Nunc Agustini sacra notata pii.
Aut ea quae Cicero; Senecae moralibus atque
Insudat, memori mente notanda notans.
Interdum ne fors semper sua pectora curis
Repleat, adveniant dulcia scripta iubet.
Et quando accedit Naso, vel quando Tibullus;
Aut priscis lectis saepe moderna legit
Atque novas laudat musas, nova carmina spectans
Dicit, habet faciles haec nova musa modos

Quum senis acta iubet, magnum facit esse Maronem;
Si iuvenis, veniet ad loca digna senex.
Si dantur libri Cosmi sua magna canentes,
Irrita sunt nulli cura laborque viro.
Nec facit id, quia sit famae tam dira cupido;
Sed quia cum priscis & nova dicta placent.
Id possem ex multis (absint exordia) libris
Enumerare, omnes quis numerare queat?
Cum Iuvenale mihi nulla est sententia, solus
Cum dicit, studii spes pia Caesar adest.
Altera spes studiis cum sit spes vera reperta,
Tu sileas Caesar, tu quoque cede loco.
Nam te mendacem superat te, Caesar, in illis
Cosmus, & hinc Cosmi gloria maior erit.
Denique magnificum cum quid vel in urbe, vel extra est;
Continuo Cosmus dicitur esse prior.
At tu qui mundi lux es, iudexque libelli,
Sis facilis, cum fors iudicium dederis.
Namque tuus liber est, canit & tua facta libellus;
Spreveris hunc, spernis quae tua magna canit.
Quid nam aliud spernis, nisi quae sunt carmina libro?
Carmina quid cantant? nomina, Cosme, tua.

Par-

Parve liber, Cosmi sedes petiture, memento
Quod summi Regis vel Ducis ora petis.
Quare age, quum videas Cosmum, caput exue velo,
Et propius gradiens omine flecte genu.
Et brevibus dices, Salve lux ipsa virorum,
Qui tibi me donat, sit tibi cura, precor.

FINIS.

TIMOTHEI MAFFEI VERONENSIS *CANONICI REGULARIS* IN MAGNIFICENTIAE

COSMI MEDICEI FLORENTINI

Detractores Libellus (*) *feliciter incipit.*

VEronа nuper quum huc adventassem, Clarissime Cosme, ad me visendum quidam ex familiaribus meis pro solito sui in me amore se contulit. Post salutationis officia inter loquendum, ut saepe numero solitus sum, in tui sermonem incidimus. Non est diu pas-

(*) Ex Bibliotheca Laurentiana Pluteo XXXXVII. Cod. Membran. in 4. parvo, Num. XVII. quo continentur Poggii in Philelphum; Eiusdem in N. Perottum; Timothei Maffei Veronensis Canonici Regularis in Magnificentiae Cosmi Medicei Florentini Detractores, libelli: Ad Cosmum Medicem Laurentii Lippi super Orationem Isocratis commentatio; Petri Delphini Veneti Generalis Camaldulensis Oratio ad Leonem X. Pont. Maximum.

passus homo ille me tua opera commendantem, & de magnificis rebus tuis magna cum tui laude loquentem. Ceterum cum stomacho, & acutule quidem, ad multa respondit. Tunc verum esse novi, quod in sapientissimorum hominum ore versatur, virtutis scilicet comitem semper invidiam exstitisse, & multos eam continuo obtrectatores habuisse. Tamdem post multos congressus, eum, uti optabam, tibi amicum feci. Eam disputationem, quum ob aegrotationem meam ad te aegrotum venire non possim, tibi scribendam duxi, ea videlicet ratione, ut quum laudata virtus accrescere solita sit, ad adgredienda quaeque praeclara atque consummanda magis ac magis, ut es solitus, accendaris. Item ut intelligas quantae mihi curae tuus semper honos exstiterit, qui quantum tuas partes defensare solitus sim edicerem, ni hominis officia exprobrantis, potius, quam recolentis, videretur. Verum si hoc meum erga te studium tibi gratum intellexero, ut in posterum talis in te sim efficies, qualem tua virtus exposcit. Sed ne te diutius teneam aliis & innumerabilibus quidem reipublicae curis implicitum, detractorem tuum, & me disputantes audias.

LIBELLUS INCIPIT.

Timotheus, *Detractor*.

Detr. AUdieram superioribus diebus te ad nos, Timothee, quod antea longe concupieramus, advenisse. Quod Divini Verbi praedicationi de more non incumberes, haec universa civitas mirabatur. Sed, ut video, pedis alterius aegrotatione detineris. Laboras ne forte hominum, ut dici solet, dolore nobilium? *Tim.* Non equidem. Verum nuper simul ac adveni, ut casu plerumque fit, decidi. Tum ita pes adflictatus est, ut ex loco me movere possim. *Detr.* Num instabis verbo, quum pristinae saluti restitutus exstiteris. *Tim.* Haec aestatis pullulantisque pestis malitia; ac varia huius meae Praefecturae negocia, silentium magis quam praedicationem imperare videntur. *Detr.* Consultius fecisses, meo quidem iudicio, si trans Alpes fuisses immoratus, posteaquam tibi non est animo praedicandi, uti sperabamus, munus adsumere. Ita enim, & itineris laborem, & huiusce pestis periculum, devitasses. *Tim.* Tantum, fateor, me huius civitatis amplitudo delectat, tantum varietas rerum, tantum horum

rum consuetudo civium, ut earum rerum nihil extimuerim. Decreveram quippe post solita studia nostra templorum moles, ingentia & ornatissima monasteria, remittendi animi gratia visere, & ea maxime, quae Cosmi Medicei viri Clarissimi & Magnificentissimi impensis ab solo erecta, & miro ornatu, vel magna ex parte iam facta, vel consummata sunt; quae quum superiori tempore adibam, adeundi magis rursum desiderium accendebant. Nec possum illius tanti viri virtutem non admirari, & magnis laudibus prosequi, maxime quum hac tempestate nostra nullus uspiam, ne dixerim civis, verum nec etiam Princeps, exsistat, qui Cosmo, quantum ad magnificentiam attinet, sit merito comparandus. Idcirco civitatem hanc saepe numero felicem adpellare solitus sum, cum multis ex rebus, tum maxime quod talem virum produxerit, aluerit, educarit, conservarit, qui eam ornaverit, ampliaverit, & vario operum genere mirum in modum illustraverit; ut, modo id dicere liceat, ei magis illa, quam ille civitati debere, videatur. *Detr.* Quod huiusce civitatis revisendae gratia ad nos profectus sis nulla me tenet admiratio, quum etiam ex longinquioribus & remotissimis locis ad inspectandam ipsius magni-

gni-

gnitudinem multi iterum iterumque concurrant; miror tamen te hominem hunc eam ob rem commendare, & admirari tantopere. *Tim.* Quid? *Detr.* Quod homini religioso & de moribus disputanti, ceu tu, minime conveniat. *Tim.* Quam ob rem? *Detr.* Quod huiuscemodi magis obiurgare debueris, quum luxuriam quamdam, potius quam religionem sapere videantur. *Tim.* Quin magnificentiam redolent, virtutem sane, & a Gentilibus, & Christianis summopere commendatam. *Detr.* Magnificentiae nomen, cui tantum tribuis, vitium magis apud Christianos, quam virtutem prae se ferre videtur. *Tim.* Quid ita? *Detr.* Iuxta Philosophorum Theologorumque sententiam, quaevis mortalis virtus in medio est constituta. Magnificentia igitur quum in extremis sese collocat, longe a virtutis ratione videtur esse seposita. *Tim.* Cur ab medio magnificentiam praedices separatam intelligere cupio. *Detr.* Liberalitatem namque magnificentia magnitudine superexcellit. Magnum enim parvo quum sicut extremum oppositum sit, quorum medium aequale esse teneatur, consentaneum est in medio non esse magnificentiam. *Tim.* Si earum rerum magnitudinem, quae ex magnificentia egrediun-

tur

tur animadvertere voluerimus, hoc quidem pacto illam ab medio seclusam dicere poterimus. Verumenimvero si rationis regulas, a quibus ipsa non decedit, nec quas excedit, animo volverimus, secus iudicabimus. Unde quispiam forte Cosmum, sicuti tu, condemnabit excessus, quum viderit Sancti Marci monasterium sua impensa aedificatum tantum amplitudine, tum ornamento; ac tanta librorum interclusa multitudine, tantoque sacrarum vestium, argenti aurique splendore, quantum religiosorum pauperum professio non videtur exposcere. Obiurgabit eum fortassis & alius, quum domum illius nuper exstructam ingredietur, videritque in eo miro ordine lapideos, & altissimos & latissimos muros, crassiores procerasque columnas, marmoreas statuas, picturas egregias, quas Apellis diceres seu Lysippi; ornatissima Petri & Ioannis filiorum cubicula, solaria inaurata miraque excisa varietate, scamna cypressina, & reliqua quae Principi magis, quam privato civi, convenire videantur. Condemnabunt alii forte Laurentii Martyris templum, quum illud tot impensis, tot ornamentis inceperit, ut nullius etiam Regis opus hoc nostro tempore cum illo sit conferendum. Haec

omnia

omnia tamen incredibili sunt laude digna; & quae posteritati summó studio commendari mereantur, quum in monasteriorum templorumque structuris Cosmi magnificentia divinam excellentiam ante oculos habuerit, & non quali in religiosos aut clericos, sed quanta in Deum pietate uti debeamus, quantaque gratia excogitarit. Praeterea non quid Cosmo, sed Florentiae tantae civitati congruat eius in domo animadvertit, in quem quanto maiora ab ipsa quam in cives reliquos sunt collata beneficia, tanto ampliora & illustriora quam ceteri, ne ingratus videatur, in ipsam ornamenta conferat opus est. Quod sane in hunc diem ab eo mirum in modum factitatum videmus. Huiusce rei ad ea, quae diximus testis est etiam structura illa, quam dormitorium vocant, quamque in amplissimo Sanctae Crucis monasterio pro fratribus adolescentulis excitavit, cuius cellulae quali ornatu, qualive suppellectile illustratae & communitae sint, non facile dixerim. Observantibus etiam Beati Francisci Fratribus monasterium ab solo in agro Musellano omni ex parte confecit, quod quid commodius aut religiosius, & natura loci & manu excogitari possit ignoro. Ab urbe hac passibus circiter mille

quin-

quingentis, ubi Carigium dicunt, domum quavis civitate dignam instauravit tanto impendio, tantaque omnium admiratione, ut in operum magnificentia cunctorum iudicio non sit illo felicior. Haec me cogunt hominem hunc tum admirari, tum commendare summopere, & alios ut praedicent exhortari. *Detr.* Hoc mihi etiam forte persuaderes, ni in clericorum religiosorumque structuris insignia sua & picta & variis in locis exsculpta cernerentur; quae res gloriae magis, quam divini cultus, cupiditatem quamdam prae se ferre videtur. Nec umquam existimabo illum tot tantasque structuras excitasse, nisi ad quamdam sui nominis immortalitatem, & inanem gloriam, adsequendam. Quod quantum abhorreat a virtute, inter praedicandum, me audiente, saepe numero dixisti. *Tim.* Haud recte facis profecto ita obstinate, quae non intelligis, adseverare. Deberes magis potius, nedum Cosmi; verum omnium hominum, opera nisi omni ex parte facinorosa sint, bonam in partem accipere. Et utinam me praedicantem cordatius intellexisses. Nam quoties de quovis male sentimus, si in promtu ratio manifesta non sit, toties eum contemtioni habeamus opus est, quod quam a Christiano viro alienum esse de-

debeat, ex Evangelio Christo docente didicimus. Sed esto ex eiuscemodi Cosmus gloriam aucupari nitatur, esto inquam. Idne tibi videtur nota, ut ita dixerim, censoria dignum? *Detr.* Videtur sane, & id quod longe gravius est, immortali Deo nostro summopere displicere, mihi non iniuria persuadeo. *Tim.* Ex sententia te deiiciam simulac quae Theologi sentiunt in medium adduxero. Volunt quatuor solum ex caussis gloriae cupiditatem animabus nostris perpetuo fore tormentum. Primum quum quispiam a se, non secus ac Deus sit, existimat habere quod possidet. Deinde quum falso adpetit praedicari. Tertio quum caduca bona atque fragilia, ob quae summis in coelum laudibus effertur, Deo ipso antiquiora habeat, & felicitatem suam in illis conlocet, atque constituat. Postremo quum hominum gloriam longe digniorem esse divina atque coelesti, vel praedicet, vel teneat. Ad haec deliramenta Cosmum nostrum devenisse quis vel demens existimabit? Nam quum inter prudentissimos Italiae viros, & acumine ingenii, & multarum experientia rerum, primas partes tenere a claris & doctissimis non immerito censeatur hominibus, numquam nobis persuadere debemus, ad errores illum huiuscemodi decidisse, maxi-

me

me quum ab eo clam innumerabiles, ut ita dixerim, pecunias & varia rerum genera indigis dinumerari, donarique noverimus, & quam Dei gloriam quaeritet non humanam. Quot oro virginibus secreto dotem suo ex peculio fecit? Quot viduis praesidio & auxilio fuit. Quot pauperes aluit? Quis ex hominibus Deo dicatis bonorum illius expers nedum his in locis atque finitimis, verum etiam in longinquis invenitur? Porro quum haec ita se habeant, existimandum est eum sua insignia suis structuris infixisse, vel ut posteri sui memores inter orandum preces effundant, vel ut ea visuris ad aedificia huiuscemodi exstruenda incitamento sint. Si Caesar in Hispania res quasdam Alexandri pictas intuitus ita incitatus est, ut mox expeditionem contra Gallaecos & Lusitanos agens, cuncta victor ad Oceanum brevi tempore domuerit: si Scipio, & Q. Fabius maiorum imaginibus visis mirum in modum excitabantur ad gloriam: si Themistocles noctu in publico deambulabat, & somnum capere non poterat, quia Miltiadis trophaeis se somno excitari dicebat; si Athenienses quum Timotheus Cononis Corcyram sub imperium Achaeorum redegisset, sociosque adiunxisset Epirotas, omnesque eas gentes, quae mare illud ad-

adiacent publice primo ſtatuam ei in foro poſuerunt, ut reliqui futuris temporibus ad huiuſcemodi conarentur: quare Coſmi tot in locis viſis ſignis ad ſimilia quaedam atque maiora factitanda Chriſtiani viri non excitabuntur; ſi illi de quibus loquuti ſumus viſis ſtatuis ad gloriam accendebantur humanam? Cur noſtri viſis templis Deo dicatis, viſis ſervorum Chriſti, monaſteriis, & ſignis pictis atque caelatis, aliis coaedificandis non ſtudebunt, ut poſteri eos orationibus iuvent, ut celeſtem opem conſequantur, ut & ipſi pariter futuris incitamento ſint? Veteris ſane memoriae cognitio facit, ut eos, quos tum admiramur, tum praedicamus, omnibus viribus imitari velimus. Sicut enim vultus ad ſpeculum, ſic mores hominum ad exemplar in melius reformantur. Lucii Bruti ſtatua, qui Tarquinium expulerat, cui ſubſcriptum erat, utinam viveres, & utinam Brutus eſſes; quot credis Brutos effecit? Idcirco Caeſar Auguſtus ad reſtaurandas excellentiſſimorum hominum ſtatuas diligentiſſimus exſtitit, id inquiens ſe eo propoſito agere, ut eſſent ad quorum exemplar futurorum mores formarentur. Ceterum ne Gentilibus tantum inniti videamur, nonne etiam ex Chriſtianae Philoſophiae fonte praeclaram il-

lam

lam sententiam legimus, ut videlicet lux nostra coram hominibus luceat, quo homines opera nostra laude digna quum videant, Patrem nostrum in Coelis constitutum tali pacto glorificent? Desinas igitur, desinant & reliqui tanti viri detractores, & illius vel incredibilem magnificentiam extollant, vel si id nolunt, saltem vituperare desistant. *Detr.* Quod in Cosmi laudem longa oratione praedicasti mihi profecto videtur celebritati sui nominis apud posteros longe magis obfuturum. *Tim.* Quam ob rem? *Detr.* Existimabunt illum homines inter opifices potius, quam praeclaros & ingenuos viros connumeratum. *Tim.* Quid? edicas obsecro. *Detr.* Volunt Philosophi artem esse earum rerum, quae a nobis faciendae sunt, rectam rationem. Verum quum magnificentia quod magna faciat dicta sit; consentaneum est magnificum virum inter eos qui manu laborant, idest artium factores, esse connumerandum. *Tim.* Papae? Cum acuto ut video mihi disputatore res est. Verum in promtu res est. Placet: & tecum in hoc sentio, artem faciendarum rerum rectam esse rationem. Sed illud addiderim: moralem quamdam virtutem inesse homini necessario oportere, qua adpetitus impellatur humanus, ut artis

ratione non secus ac decet, utatur. Id quum magnificis rebus magnificentiae congruat, quae nec artem superfluere, nec a ratione deficere sinat, non artem illam, sed virtutem praedicabimus, qua Cosmus, uti omnes nostri temporis antecellit, ita ingentiores ceteris structuras ornatioresque facere, ab ea ut ita dixerim impulsus, & adductus est, & pecunias arti ut faceret administrare. Idcirco Cicero magnificentiam egregie definivit esse rerum magnarum & excelsarum cum animi quadam ampla & splendida propositione cogitationem atque administrationem, ut cogitatio intentioni, administratio sumtibus correspondeat. Ecce quo pacto, non inter opifices Cosmum, verum excellentissimos homines, quin super eos, censere possimus & debeamus. Addamus ad laudem. Multi namque sunt opulentissimi homines, & auro quam refertissimi, qui tamen nimio divitiarum amore detenti, & avaritiae vinculis colligati, nil umquam, ne dixerim magnificum effecere, sed nec etiam liberale. At Cosmus opulentus, copiosus, locuples, fortunatus nullam aliam ob rem, nisi ut liberalitati & magnificentiae studeat, divitias possidere videtur. Quod quidem quanto in paucioribus hominibus invenitur, tanto eum il-

lu-

lustriorem reddit, & maiori laude dignum, quum omnia rara praeclara censeantur. Hanc ob rem Cicero, Macrobius, aliique nonnulli, magnificentiam cum fortitudine plurimum convenire voluere. Nam ipsa, quemadmodum fortitudo, circa arduum difficileque versatur, illa pecuniarum, haec periculorum. Reliqui praeterea mortales doctissimorum & sanctissimorum hominum adhortatione ab avaritia vix ad liberalitatem solvuntur; hic vero suapte minime liberalitate contentus, die noctuque magnificentiae studet, & numquam sibi bene esse videtur, nisi quum de ea vel cogitat, vel eloquitur. Hoc quum apud exteras etiam nationes fama detulerit, ad eum multi visendum, perinde ad miraculum quoddam, diversis locis accurrunt, & urbem tantam ingressi aliud praeter urbem quaeritant, sicuti de illis legitur, qui Livii visendi gratia Romam perrexere. *Detr.* O me infelicem, qui mediocri fortuna donatus magnificentiae virtuti studere non potero. Non enim, sententia tua, nisi cum divitibus immoratur. Male profecto cum indigis actum est, qui velint nolint, hac virtute careant, opus est. *Tim.* Quum inter nos sit de tanta virtute contentio, nolo te diutius his in tenebris demorari, ut exi-

 sti-

ſtimes pauperes hanc virtutem adſequi non poſſe. Ideo quoad eius fieri poterit enitar, ut lumen videas. Primariam & excellentiorem cuiuſque virtutis operationem eſſe interiorem electionem, & Philoſophorum & Theologorum ſchola confitetur, qua quidem interveniente abſque exteriori fortuna quiſpiam virtuoſus & habetur, & eſt. Igitur & pauper magnificus, & aegrotus fortis eſſe poteſt; non ergo, ut tuis verbis utar, cum indigis male actum eſt. Ceterum ut ad exteriores virtutum operationes exeamus, fortunae bona perinde atque inſtrumenta quaedam nobis neceſſaria ſunt: quae quoniam Coſmo, quantum ad magnificentiam attinet, munificentiſſime collata ſint, ſempiterna illum laude dignum exiſtimabimus, qui illis utatur, ut decet. *Detr.* Vel in hoc ſaltem cum pauperibus male actum erit, quod illis ad magnificentiam inſtrumenta deſint; Coſmo vero quam cumulatiſſime ſint. *Tim.* Pauperum animus tanta magnificentiae cupiditate teneri poſſet, quamquam illis fragilia bona haec deeſſent, ut mirum non eſſet, quum hinc in coelum emigraſſent, ſi excellentiori quam quibus conceſſa eſſent, corona donarentur; quum Deus optimus maximus voluntatem de eo bene meritam magis quam eas, quae

extra

extra nos sunt, operationes intueatur & velit. *Detr.* Age nunc. Esto eadem in utrisque voluntatis altitudo & excellentia sit, iam non erit dubitandum quin beatior futurus exsistat qui & voluntate & opere laborarit, quam qui sola voluntate ductus est. *Tim.* Fateor; non tamen deest indigenti, quin aliis & innumerabilibus quidem modis eamdem sibi gloriam adipisci possit, modo suis, ceu Cosmus, instrumentis utatur. Fortis enim esse poterit in laboribus subeundis ut decet, atque periculis. Temperans in praetermittendis voluptatibus. Prudens in bonorum malorumque delectu. Iustus in suo cuique tribuendo. In aliis itidem; quamvis absque huiusmodi exterioribus adminiculis & sola electione beata vita, ut dixi, possit exsistere. *Detr.* Mihi admodum gaudeo hodierna die te adiisse, a quo & multa de magnificentia didici, & cuius disputatione, mutata sententia non mediocris Cosmi laudator futurus sim, cui in hanc diem detraxi obcaecatus invidia. *Tim.* Tibi gratulor quod oculos aperueris, quod errorem depuleris, quod diu mihi non restiteris. Etenim fuerit impudens, qui diutius virtuti repugnet. *Detr.* Posteaquam ultro citroque de hac virtute sumus eloquuti, te oratum velim ut mi-

hi vel in uno non desis, in quo saepius haesitavi. *Tim.* Nihil mihi gratius, quam tibi hac in re fore vel voluptati vel fructui. *Dctr.* Agis, ut soles. Veniam ad rem. In sacris literis legitur, magnificum virum esse in sanctificatione Dei. Hoc equidem numquam intelligere potui. Nam si quempiam magnificum ex hac sententia esse sanctum intellexero, absurdum id mihi videtur, quum aliis sceleribus irretitus esse possit; sin negavero, longe absurdius, quum sacrarum litterarum sententiis, quae ex divina officina emanarunt, acquiescamus oportet. *Tim.* Dignus es sane cui satisfaciam; quum tandem ut video cupidus huiusce virtutis intelligendae sis. Magnificentiam quod magnifica faciat, superius dictam esse monstravimus. Omnia autem opera a quovis incepta in finem aliquem referantur oportet. Ast nullus humanarum operationum finis excellentior, nullus gloriosior honore divino. Idcirco Aristoteles eos sumtus, qui ad divina sacrificia pertinerent, reliquis honorabiliores esse in Ethicis adseveravit. Magnificus igitur in Dei sanctificatione perhibetur, & magnificentia sanctitati coniungitur, cum illius opera ad religionem & sanctitatem in primis excogitentur, inchoentur, elaborentur.

Hanc

Hanc ob rem vere magnificus Cosmus noster & existimari debet & praedicari, quod illius omnes cogitationes & studia potissimum in excitandis aedibus & Religiosorum Monasteriis versata sint, in diesque versentur. Cuius quidem rei nedum testis est Florentia, in qua nullus quasi servorum Christi locus sine Cosmi pecuniis exstructus est. Verum & testis est ipsa Ierusalem, ubi Christus noster maximus in cruce universo orbi pependit. Isthuc enim ad instaurandas aedes quasdam & exornandas, superiori tempestate magnum auri pondus omni cura studioque dimisit. Audita etiam tantae magnificentiae fama; ex Gallia, licet divitiarum sit parens, ad hunc hominem nonnulli convenere; ut ab eo exorata pecunia eorum in patria templum quoddam exaedificarent. *Detr.* Accurate mihi, & magna cum Cosmi laude satisfecisti. *Tim.* Addam ad cumulum. Audivi enim saepe numero dicere solitum, si ab Deo sibi daretur optio peteret quid vellet: non petiturum se nisi ut quum parum sibi vitae supersit, tantum temporis adderetur, quantum ad eas Ecclesias, & pia loca, quae cuperet, excitanda sat esset. Quae nimirum vox, quod desiderium est viri vere magnifici! *Detr.* Est sane: & utinam tam sanctae cupidita-

tati mos geratur. *Tim.* Si longius de Cosmi laudibus intelligere cupis, edicito. Libens enim id agam, quia tanti viri magna cum voluptate memoriam usurpo. *Detr.* Cuperem equidem: verum ne tibi aegrotanti molestus sim mihi ipsi interrogandi finem imponam. Opportuniori tempore te adibo. Nunc vale, & pedem tuum diligenter cura. *Tim.* Valeas & tu; ac in Cosmi nostri benemerentis dilectione & laude persevera.

FINIT FELICITER.

Co-

Copia di Parlamento dell' anno 1433. e 34. levato da un libro di propria mano di Cosimo de' Medici, dove scriveva i suoi ricordi d' importanza; e fu levata detta copia da Luigi Guicciardini.

RIcordo come a dì primo di Settembre entrò all' Uffizio del Sig. Giovanni di Matteo dello Scelto, Donato di Cristofano Sannini, Carlo di Lapo Corsi, Iacopo Berlinghieri, Mariotto di Mess. Niccolò Baldovinetti, Bartolommeo di Bartolommeo Spini, Bernardo di Vieri Guadagni Gonfaloniere di Giustizia, e Berto di Messer Marco di Cenni Albergatore; e quando furono tratti si cominciò a mormorare, che al tempo loro si farebbe novità nella Terra; e fummi scritto in Mugello dove era stato più mesi per levarmi dalle contese, e divisioni, ch' erano nella Città, ch' io tornassi, e così tornai a dì 4. Il dì medesimo visitai il Gonfaloniere, e gli altri, come insieme Giovanni dello Scelto, il quale reputava molto amico, ed erami obbligato, e il simile degli altri; e dicendo loro quello si diceva, ei prestamente tutti lo negarono, e che fussi di buon animo,

che

che volevano lasciare la Terra, come l' avevano trovata. Ordinarono a' 5. una Pratica d' otto Cittadini, due per quartieri, dicendo volevano con il consiglio di questi fare ogni loro deliberazione, e furono questi, Messer Giovanni Guicciardini, Bartolommeo Ridolfi, Ridolfo Peruzzi, Tommaso di Lapo Corsi, Messer Agnolo Acciaioli, Giovanni di Messer Rinaldo Gianfigliazzi, Messer Rinaldo degli Albizi, ed io Cosimo. E benchè per la Terra, come si è detto, fusse sparso dovessino fare novità, pure avendo da loro quello aveva, e reputandoli amici, non vi prestassi fede. Seguì che a dì 7. la mattina sotto colore di volere la detta Pratica, mandarono per me, e giunto in Palazzo trovai la maggior parte de compagni, e stando a ragionare, dopo buono spazio mi fu comandato per parte de Signori, che io andassi su di sopra, e dal Capitano de' Fanti fui messo in una Camera, che si chiama la Barberia, e fui serrato dentro; e sentendosi, tutta la Terra si sollevò. Il dì fecero consiglio de' Richiesti, e per lo Gonfalonieri fu detto, che quello avevano fatto di ritenermi, era per buona cagione, come altra volta sarebbe loro noto; e che di questo non volevano consiglio, e licen-

cenziarono i Richiesti: e li Signori per le sei fave mi confinarono a Padova per un anno. Fatta questa azione fu subito avvisato Lorenzo mio fratello, ch' era in Mugello, e Averardo mio cugino, ch' era a Pisa, e così fu fatto intendere a Niccolo da Tolentino Capitano di Guerra del Comune, ch' era molto mio amico. Lorenzo venne il dì medesimo in Firenze, e mandarono i Signori per lui che andasse a Palazzo, gli fu significato il perchè, subito si partì, e ritornossi al Trebbio. Averardo si partì da Pisa presto, che avevano dato ordine farlo pigliare là, e così se ci avessero preso tutti a tre, ci facessero male arrivare. Niccolò da Tolentino sentito il caso a dì 8. venne la mattina con tutta la sua Compagnia alla Lastra, e con animo di fare novità nella Terra, perchè io fussi lasciato; e così subito che si sentì il caso nell' Alpe di Romagna, e di più altri luoghi, venne a Lorenzo gran quantità di fanti. Fu confortato il Capitano, e così Lorenzo a non fare novità, che poteva esser cagione di farmi fare novità nella persona, e così feciono; e benchè chi consigliò questo fussino parenti, e amici, e a buon fine, non fu buono consiglio; perchè se si fussino fatti innanzi, ero li-

be-

bero, e chi era stato cagione di questo, restava disfatto. Ma tutto si vuol dire fussi per lo meglio, perchè ne seguì maggior bene, e con più mio onore, come innanzi farò menzione. Non parendo agli amici miei si dovessi far novità, come ho detto, el Capitano si tornò indietro alle stanze, mostrando esser venuto per altra cagione, e Lorenzo se n' andò a Venezia coi miei figli, e portonne quello potè de' denari, e delle cose sottili. E Signori confinarono il detto Lorenzo per un anno a Venezia, e me a Padova per 5. anni, e Averardo a Napoli per 5. anni. Dipoi a dì 9. feciono sonare a parlamento, e vennero in Piazza quelli ch' erano stati cagione della novità con fanti, avevano fatto venire di fuori ventitre Cittadini, e fu piccolo numero, e poco popolo vi si trovò, perchè in vero il forte de' Cittadini n' erano mal contenti.

Per Parlamento dierono Balìa a' Cittadini, come si costumava in tali casi, e confinarono me per anni 10. a Padova, Lorenzo per anni 5. a Venezia, Averardo per anni 10. a Napoli, Orlando de' Medici per anni 10. in Ancona, e Giovanni d' Andrea di Messer Alamanno, e Bernardo d' Alamanno de Medici a Rimini; e fecero la mia famiglia de' Medici

de

de' Grandi, eccetto i figliuoli di Messer Veri, perchè Niccolò era Gonfaloniere; eccetto ancora i figliuoli d' Antonio di Giovenco de' Medici, perchè Bernardetto era molto amato dal Capitano della Guerra, e per contemplazione del Capitano mostrarono eccettuare il detto Averardo e fratelli; feciono più ordini contro a noi, e massime che io non potessi vendere possessioni, nè denari di monte; e ritennommi in Palazzo in fino a dì 3. d' Ottobre.

Sentendosi questo a Venezia, mandarono subito quì tre Ambasciatori, cioè Messer Luisi Storlando, Messer Tommaso Micheli, e . . . . li quali con ogni istanza proccurarono; e concordarono la mia liberazione con offerire tenermi a Venezia, e promettere non farei contro alla Signoria, e obbedirei a quello mi fussi comandato; e benchè non facessono ottenere fussi libero, pure la venuta loro giovò assai, perchè c' era di quelli confortavano fussi morto, e ebbono promissione non mi sarebbe fatto offensione nella persona. Per simil modo mandò qui il Marchese di Ferrara Ser Gherardino da Sabiglia al Capitano della Balìa, ch' era Messer Lodovico del Ronco da Modena, suddito del Marchese a

co-

comandargli, che se io gli fussi messo nelle mani, non ne facessi altro conto, che se fussi Messer Lionardo suo figliuolo; e che se ne fuggisse meco, e non dubitasse di danno, nè di nessuna altra cosa.

Mi ritennero, siccome è detto, in fino a' 3. di Ottobre per due cagioni, la prima perchè potessero ottenere nella Balìa nell' ordinare la terra a loro modo; che, quando non si riceva, minacciavano che mi farebbono morire, e per questa paura gli amici, e i parenti, che si trovavano nella Balìa, deliberavano quello era loro messo innanzi. La seconda fu, che credettono, che per tenermi in prigione, e aver fatto io non mi potessi valere del mio, farci fallire; il che non riuscì loro, che non per questo perdessimo credito; ma da molti Mercatanti forestieri, e Signori, ci fu offerto, e mandato a Venezia gran somma di denari. In fine vedendo non riusciva loro il pensiero di farci fallire, Bernardo Guadagni, offertogli da due persone denari, cioè dal Capitano della Guerra fiorini 500. e dallo Spedalingo di S. Maria Nuova fiorini 500. i quali ebbe contanti, e Mariotto Balduinetti per mezzo di Baccio d' Antonio di Baccio fiorini 800. a dì 3. d' Ottobre la notte mi trassero di Palazzo, e menommi

mi fuori della Porta a S. Gallo: ebbono poco animo, che se avessero voluto denari, l'averebbono avuti diecimila, o più, per uscir di pericolo.

A dì 4. di Ottobre il dì di S. Francesco arrivai a Cutigliano nella montagna di Pistoia, e fui accompagnato da due degli otto della Guardia, cioè Francesco Soderini, e Cristofano . . . . . del Chiaro. Dagli uomini della montagna fui presentato di biada, e cera, come se fussi Ambasciadore. A dì 5. mi partii, e venni a Fassano Terra del Marchese di Ferrara, e fui accompagnato da più di 20. uomini della montagna. A dì 6. arrivai a Modana, e il Governatore ch'era Messer Piero . . . . . . venne a me per parte del Signore, mi visitò, e presentò, e la mattina mi fe dare compagnia, e guida. A dì 7. arrivai al Bondeno, e l'altra mattina per acqua andai a Francolino; stetti due giorni per aspettare Antonio Uguccione de' Contrari, che per parte del Marchese mi fece molte offerte. A dì 11. arrivai a Venezia, dove mi venne incontro molti Gentiluomini nostri amici, insieme con Lorenzo; e fui ricevuto, non come confinato, ma come Ambasciadore. La mattina seguente visitai la Signoria, e ringraziaila di quello aveva ope-

operato per la mia salute, mostrando riconoscere la vita da quella: fui ricevuto con tanto onore e tanta carità, che non si potrebbe dire, dolendosi delli affanni mia, & offerendo la Signoria, la Città; l'entrata loro, per ogni mio contentamento, e la Casa: da molti Gentiluomini fui visitato, e presentato. A dì 13. mi partj per andare a Padova, come m' era comandato, e in mia compagnia venne Messer Iacopo Donato, e m' alloggiò in una sua bella casa fornita di panni, e di letta, e di cose da mangiare per ogni gran maestro; e stette meco per infino ritornai a Venezia, che furono circa a dì 20. A Padova venne a casa a me a visitarmi per parte della Signoria di Venezia, offerendomi tutto quello potesse fare per loro in mia compiacenzia. Ho voluto fare ricordo dell' onore che mi fu fatto per non essere ingrato in farne ricordo, e ancora perchè fu cosa da non credere, essendo cacciato di casa, trovar tanto onore, perchè si suol perdere gli amici con la fortuna; fu replicato a Lorenzo l' onore avevo ricevuto, e per via de mercanti, e per un mazzieri de' Signori, che venne meco insino a Padova, al quale fu comandato non ne dovesse parlare.

Di-

Dipoi del mese di Decembre chiedendo io di grazia a Signori di potere stare a Padova, e a Venezia, e per lo territorio della Signoria di Venezia, essendo de' Signori Bartolommeo de Ridolfi Gonfalonieri di Giustizia, fu deliberato, e ottenni di potere stare per il territorio Veneziano, non m' appressando a Firenze più che 170. miglia; e questo fecero ancora a compiacienzia della Signoria di Venezia, la quale per loro Ambasciatore, che fu Messer Andrea Donato, ne richiesero la Città; bene appiccorono questa grazia sotto gran pene, non si potessi più rimuovermi, o farmi grazia di confini, come appare per la declarazione fatta.

Al tempo di questi Signori fu confinato Puccio, e Giovanni d' Antonio di Puccio, i quali erano miei principali amici; e di poi al tempo de Priori seguenti, ch' era Gonfaloniere Mariotto Scambrilla, fu confinato Messer Agnolo Acciaioli, per certe novelle aveva scritto a Puccio e a noi; le quali in vero non erano d' importanza, nè da esserne cacciato.

Ricordo che a dì 1. Settembre 1434. entrarono de' Signori Gio. di Mico Cappone, Caca di Buonaccorso Pitti, Niccolò di Cecco Donati Governatore di

Giustizia, Piero d' Antonio di Pierò Feltriano, Toto Martini per artefici, Simone di Francesco Guiducci, e . . . . di Tommaso Redditi, Baldassarri d' Antonio di Santi, Neri di Domenico Bartoleni; e come furono tratti tutti i buoni Cittadini, presero vigore, e conforto, parendo fusse tempo di uscire dal mal governo avevano, il che prima averebbono fatto, se avessero avuto Signori che avessono voluto attendere; perchè in vero tutto il Popolo, e tutti i buoni Cittadini, stavano mal contenti; e subito venne a me a Venezia Antonio di Ser Tommaso Masi, mandato da più Cittadini, perchè venissimo verso Firenze, offerendo, quando sentissono fussimo presi, si solleverebbono, e metterebbonci dentro; e così da molti parenti, e amici eravamo continuo sollecitati. Parveci volere intendere l'animo de' Signori con dire, non volevamo fare contro al volere della Signoria; e per questo mandammo da Venezia a Firenze Antonio Martelli, perchè sentisse da' Signori la loro intenzione, da' quali ebbe buona risposta che venissimo, e così per fante proprio ci avvisò per sua lettera; la quale avuta ci partimmo da Venezia a 29. di Settembre Lorenzo e io Cosimo; e Averardo rimase a Venezia am-

ammalato di febbre, che non poteva venire, e a' 30. arrivammo al Ponte a Lago. Stemmo in casa dell' Magnifico Uguccione, il quale insieme col Marchese a nostra richiesta, aveva ordinato gran quantità di Fanti nella montagna di Modena, e del Frigano, e ancora 200. Cavalli aveva a suo soldo, perchè venissono con noi, com' era prima ordinato; e a dì 1. d' Ottobre essendo la mattina a udir' Messa, avemmo un Corrieri d' Antonio Salutati con lettere, per le quali ci avvisava; come sentendosi per la Terra l' animo de Signori, e presentendosi la nostra venuta, i nostri nemici avevano preso l' armi a dì 26. cioè, Messer Rinaldo delli Albizi, Ridolfo Peruzzi, e più altri in numero di 600. persone: di poi la sera mancando loro l' animo, e essendo mezzano d' accordo per parte del Papa, Messer Giovanni Vitellesehi allora Vescovo di Recanati, e dipoi Arcivescovo di Firenze, e poi Cardinale, il quale era molto mio amico, si ridussono a S. Maria Novella dove abitava il Papa; e sentendo che gli amici nostri erano provvisti, e di gente, e d' armi, per tema di loro persone, Messer Rinaldo, e Ormanno suo figliuolo, e Ridolfo Peruzzi, si rimasero la notte là, e non vollero uscire; e chi era

con loro si partì chi in quà, e chi in là, e andaronsi a disarmare. Il perchè i Signori fecero venire dentro gran numero di fanterie, che solo di Mugello, e dell' Alpe, e di quello di Romagna, venne a casa nostra, più di fanti 3000. e così fecero venire la Compagnia di Niccolò da Tolentino; e a dì 29. il dì di S. Michele fecero parlamento in su la piazza, dove fu tutto il Popolo armato, che fu numero grandissimo e bene in punto, dettero la Balìa a . . . . Cittadini, e annullarono quello avevano fatto l' anno passato, e il primo partito e deliberazione che fecero, fu che Cosimo e Lorenzo fussero restituiti ne' primi onori, e annullato tutto quello fusse fatto contra di loro, che non vi fu 4. fave in contrario, confortandoci per parte di tutti a venire presto. E letta detta lettera subito la mandammo a Venezia, dove se ne fece gran festa, e noi andammo a visitare il Marchese, il quale dimostrò maggior allegrezza di noi; ringraziammolo de' favori, che ci aveva prestati, e a dì 2. ci partimmo di Ferrara, e a 3. fummo a Modana, dove fummo ricevuti con grand' onore in casa del Marchese, e venneci incontro il Governatore e il Podestà, e molti Cittadini di Modana. A dì

dì 4. venimmo . . . . e per la via sempre ci fu fatto le spese dal Marchese, e per tutto trovammo fanti, che erano ordinati a venire con noi, i quali licenziammo, perchè non era di bisogno; e a 5. venimmo a Cutigliano, e poi a Pistoia, e appunto in capo dell' anno in quel medesimo dì, cioè a 5. d' Ottobre, e in quella medesima ora, rientrammo in su quello del Comune, e in quel medesimo luogo. Di questo ho fatto ricordo perchè ci fu detto da più persone devote, e buone, quando fummo cacciati, che non passerebbe l' anno che saremmo restituiti, e torneremmo a Firenze. Per la via trovammo molti Cittadini, che ci venivano incontro, e a Pistoia tutto il Popolo si fece alla porta per vederci così armati, quando vi passammo, che non volemmo entrare dentro. Venimmo a dì 6. a desinare al nostro luogo a Careggi, dove fu gran gente; i Signori ci mandarono a dire, non entrassimo dentro, se non ce lo facevano intendere, e così fecemo; e tramontato il Sole mandarono a dire che venissimo, e così ci movemmo con gran compagnia, e perchè tutta la via, si stimava facessimo in fino a casa nostra, era piena d' uomini, e di donne, Lorenzo, ed io con un famiglio, e un maz-

ziere volgemmo lungo le mura, e venissimo dietro a' Servi, e poi dietro a Santa Reparata, e dal Palazzo del Podestà, e dal Palazzo dell' esecutore entrammo nel Palazzo de' Signori, senza essere quasi veduti da persona, perchè tutto il popolo era nella via larga, e da Casa nostra a aspettarci, e per questa cagione non vollero i Signori entrassimo di dì per non far maggior tumulto nella Terra. Da Signori fummo ricevuti graziosamente, e ringraziatigli con quelle parole si richiedeva, vollero che insieme con più altri Cittadini rimanessimo in Palazzo con le loro Signorie, e così fecemo.

Trovammo prima che giugnessimo, era stato confinato Messer Rinaldo, e Ormanno suo figliuolo, Ridolfo Peruzzi, e molti altri Cittadini; e la Terra era pacificata, benchè continuamente in Piazza, e in Palazzo stessono buon numero di fanti armati, per sicurtà del Palazzo.

Dipoi in Calendi Novembre si fecero i Priori a mano di là dall' acqua, Sandro di Giovanni Biliotti, Piero di Bartolommeo del Benino in Santa Croce, Andrea Nardi, e Lodovico da Verrazzano, in Santa Maria Novella; Giovanni Minerbetti Gonfaloniere di Giustizia, Brunetto Beccaio per Artefice in S. Giovanni

ni, Ugolino Martelli, e Antonio di Ser Tommaſo Maſi. Queſti Priori confinarono molti Cittadini, e così poſarono a ſedere molte famiglie ſoſpette, e fecero molte coſe in favore dello Stato; e a loro tempo ſpirò la Balìa data a più Cittadini, e finirono li ſquittini, e rimaſero le borſe per 5. anni in mano degli Accoppiatori, cioè le borſe del Priorato; e potranno de' Priori e Gonfaloniere di Giuſtizia, quelle vorranno fare a loro piacimento. E del meſe di Gennaio proſſimo fui il primo tratto delle borſe dello ſquittino per Gonfaloniere di Giuſtizia, e al mio tempo non ſi confinò, nè ſi fece male a perſona. Ma Franceſco Guadagni, e più altri, i quali trovai nelle mani del Capitano della Balìa, & avevano raffermo la . . . . Io operai in forma non morirono, ma furono condennati in perpetua carcere, e così al mio tempo feci levare certi fanti armati, che ſtavano alla porta del Palazzo, ridurre il Palazzo, e la piazza come ſolevano ſtare innanzi alla novità, e feci prolungare la lega con la Signoria di Venezia per 10. anni.

Estratto d' altri Libri de' Casi del 1433. *e* 34.

Dopo la morte di Niccolò da Uzzano, e dopo l' ultima Guerra di Lucca, cominciarono (come intravviene nella quiete della Repubblica) e' maligni uomini generati nella Città tra la parte di Cosimo, e di Messer Rinaldo delli Albizi, a ribollire in modo, che nel 33. essendo creato Bernardo Guadagni Gonfalonieri con la sopraddetta Signoria, Messer Rinaldo come più ardito, e capo della parte Uzzanesca, e inimicissimo a Cosimo, avendo levato da specchio il Gonfalonieri con molte persuasioni per essere eloquente, dispose Bernardo a ritenere Cosimo violentemente, benchè spesso mostrasse essergli amico, e stato in questa parte, e in quella io voltava, che molti usassero dire, egli non saperebbe quello si volesse; pur finalmente, com'è detto, avendo non che persuaso, ma quasi costretto Bernardo a ritener per forza Cosimo in Palazzo, e ristretto nella barberia, e dato in custodia di Federigo Malaccolti da Siena, faceva ogni opera di torgli la vita violentemente, e fra gli altri Mariotto Balduinetti e Giovanni dello Scelto. Al-

lo-

lora i Signori fecero ogni forza di persuadere a Federigo dessi un beverone avvelenato a Cosimo, ma Federigo come uomo da bene rispose, che gli uomini nobili non si conoscevano nè al nascere, nè al morire, perchè nell' uno tempo, e nell' altro non era differenza da quelli, a gl' ignobili, ma ne costumi: vivendo si manifestava l' animo di ciascuno, e che per essere nobile non voleva usare costumi ignobili. Cosimo per paura del veleno non voleva mangiare, allegando non avere appetito. Un altra volta fu tentato Federigo in quei giorni da due degli Otto della Balìa, i nomi de' quali non mi son noti, che lo pregarono fusse contento lasciarli entrare la notte nella stanza di Cosimo, dove lo volevano strangolare, e così morto gettarlo nella Piazza, con mostrare si fusse calato dalle finestre, e rotto la fune, a quali arditamente negando rispose, che non voleva acconsentire a simile crudeltà. Ma stato Cosimo qualche giorno senza mangiare, Malavolta li domandò, perchè non mangi, non dubitar di veleno, pensa che io sono Gentiluomo e Nipote di Messer Orlando; nè mai acconsentirò, che sotto la custodia mia sia offeso; mangia sicuramente, che quello ordinerò per me, sa-

rà

rà comune a te. Onde Cosimo lacrimando lo baciò, e dipoi sicuramente mangiò. E fra pochi dì trovandosi a cena seco un amico del Gonfaloniere chiamato il Farganaccio, Cosimo accennato Federigo mentre cenavano si partissi, rimasto io, il Farganaccio gli usò quelle parole si richiedevano a persuaderlo, disponersi il Gonfaloniere a salvargli la vita, e con premio offerendo di riconoscere la salute sua da lui; finalmente lo persuase in modo, che il Gonfalonieri preso da un certo Ser Michele Notaio di S. Maria Nuova li ducati 500. Onde Cosimo fu confinato come pel ricordo suo si dice. Ma avanti che Cosimo comparisse, da un certo Piero Ginori fu molto dissuaso, insino a dirli, tu hai il capo duro, la tua durezza ti torrà la vita, e a noi sarà causa d' ogni male. Ma Cosimo confidato, o dall' innocenza sua, o menato dal fatto suo, volle comparire, e mettersi a quel pericolo, che ogni savio debbe fuggire, perchè chi lo sostenne non seppe vincere; imperocchè niuno degli amici di Cosimo in quel tempo, benchè ne avesse molti, più che non aveva la parte avversa, mostrò, o con fatti, o con parole dolersi; ma tacitamente sopportando tanta iniquità, stette cheto ciascuno,

no, ſalvo che un Piero di Franceſco di Ser Ghino, perchè ſenza riſpetto riſpoſe alla tirannia degli Uzzaneſchi lodando molto i coſtumi di Coſimo, e quaſi come infuriato per tutta la Città a ognuno ſi doleva con potenti parole dell'eſilio di Coſimo. Fu confinato Averardo a Napoli, ma a niuno non increbbe; ma di Coſimo a infiniti ne rincrebbe, per le pietoſe, e virtuoſe ſue opere verſo i Cittadini, e povere perſone. Con difficoltà dopo la cacciata di Coſimo fu dato autorità alla Signoria di leggere gli Otto di Balìa, e ſtette da Veſpro inſino alle 9. ore ſenza vincerla, pur ſinalmente ſtracca cedè. Segno evidente quanto poco piaceſſe quel modo di Governo. Fra' quali eletto fu Guido di Beſe Magalotti, e Priore Riſaliti, che furono quelli dua che vollero ſtrangolar Coſimo. Riduſſono una volta il numero della Balìa a minor numero dubitando di Coſimo, e quando il Cavaliere di Meſſer Lodovico da Ronco portò a Coſimo il partito del ſuo confino, Coſimo quaſi per paura ſi venne meno, dubitando non portaſſe la ſentenza della vita.

Quando Coſimo partì di Palazzo parlò a tutta la Signoria ſcuſandoſi, offerendo, e moſtrando eſſer contento d'ogni

loro iudicio, e sopra tutto pregando avessono cura non fussi morto fuora dalli sua inimici. Onde il Gonfaloniere la sera alle tre ore lo menò a cena a casa sua, e poi lo fece accompagnare da due degli Otto di Balìa alla porta con molti fanti, e per il camino mentre andava all' esilio fu da molti Capi di Parte riscaldato a ritornare addietrò, offerendo ogni favore per ripatriarlo; ma lui ringraziando ciascuno con savie parole si condusse a confini. Dopo i quali Messer Rinaldo conoscendo in quanto pericolo si trovava la parte, confortò l' esaltazione de' Nobili, e con molte ragioni si sforzò persuadere questa sua oppinione; ma fu rigorosamente ributtata da Mariotto Baldovinetti uno de' Signori allora, e gli fu posto silenzio. Onde Messer Rinaldo dolendosi della fortuna protestò alli partigiani suoi, poichè il consiglio non fu accettato, perpetuo esilio e ruina. Dopo la cacciata di Cosimo fu confinato Messer Agnolo Acciaioli, ma prima preso e villanamente collato per avere scritto una lettera molto amichevole a Cosimo, e confinato a fare impresa di ritornare; e tutto per essere fattosi pubblico inimico a Messer Rinaldo, e fu nel tempo che Manetto di Tuccio Scamprella si trovò Gonfalonieri, etc. *Phi-*

PHILIPPI REDDITI

EXHORTATIO

AD

PETRVM MEDICEM

In magnanimi sui Parentis imitationem.

INgrati ac segnis animi erga te genitoremque tuum, Clarissime Petre, merito possem existimari: si illud doctrinae, sive artis, quod in Bononiensi gymnasio, vestro maximo beneficio sum adsecutus, ad memoriam, & quasi grati animi testimonium, pignusque meae in familiam vestram observantiae non refundere. Siquidem ingenui pudoris est fateri semper per quos profeceris. Mihi vero qualiscumque fortunarum aut honoris accessio hactenus in patria contigit, uni genitori tuo acceptam refero. Quo fit, ut pro animi corporisque viribus quam memorem beneficiorum vestrorum erga me vobis cupiam exhiberi. Imitatus priscos illos Romanos, qui pro re in bello bene ac feliciter gesta, spoliorum primitias

Mar-

Marti, belloque parta navali Neptuno, messes Cereri, Mercurio insuper lucri portionem, dicabant. Ego vero quid potissimum muneris magnitudini animi tui conveniens possem afferre, diu ac multum mecum ipse cogitavi. Etenim bona fortunae scio, nisi quantum suadeat humanae vitae ratio, haud magni abs te fieri, veluti lubrica atque caduca. Animi vero bona, etsi permagni semper feceris, tamquam solidiora, ex iis tamen quidpiam elaboratum aliquid expetendum, erat ex alterius uberiori officina quam ex tenui Philippi tui tabernula. Malui tamen has meas lucubratiunculas quantulascumque rudes & ineptas tuo nomini dicare, quam omnino nihil ad te dare muneris, memor Parthorum instituti, quibus nefas erat eorum adire Principem absque munere.

PROOEMIUM.

SOleo mecum saepius ipse addubitare, utrum nobis mortalibus magis conducat, ad recte vivendum bene institui; an feliciter nasci. Utrumque qui adsequitur, qui rarus est, vere felix atque beatus dici potest. Sub siderum benignitate nasci, hoc summi opificis Dei est.

Re-

Recte vero prolem educare suam, ac bonis instituere moribus, nostrum est. Quo fit, ut vocem illam magnanimi Regis Philippi Macedonis miris ad caelum extollam laudibus. Qui ad Aristotelem scribens inquit: Filium mihi genitum Alexandrum scito, quod equidem Diis habeo gratiam non perinde quia natus est, quam pro eo, quod eum nasci contigit temporibus tuae vitae. Spero enim fore, ut educatus eruditusque abs te, dignus exsistat, & nobis, & rerum istarum successione.

Quam optimum sit optima quaeque imitari.

ITaque quum optimum sit optima quaeque sibi ad imitandum proponere: cogitanti mihi, quem tu tibi potissimum ad optime vitae cursum indipiscendum deligere posses institutorem, nullus hactenus occurrit genitore tuo Laurentio sanctior. Etenim si diligenter ac omni ambitione remota, eius per omnem aetatem, domi, forisve gesta, inspicere voluerimus: nihil profecto ab eo dictum & factum ut bono ac optimo cive non dignum inveniemus. Vidimus aetate nostra permultos Italiae Principes, ac primores vitam

tam

tam legendo percurrimus: Quorum res gesta felicesque exitus si diligenter adnotentur, longe magis fortunae temeritati, vel alicui divino numini; quam eorum virtuti tribuenda esse censebimus. At genitor tuus, quidquid boni pro patria, pro sociis & amicis gessit (gessit autem permulta praeclara) summa ratione summoque eius divino consilio gessisse, nemo sanae mentis possit ire inficias.

De Iustitia eiusque animi Aequitate.

NAm ut ab iustitia aequitateque ac eius rebus gestis exordiar, nulli ex concivibus suis iniurias a quoquam inferri patitur: curatque pro viribus, ut boni praemio, mali autem debita poena adficiantur. Quumque ipse iuste moderateque vitam degat, sic amicos, adfines & concives omnes, sibi per quam simillimos reddere nititur, non ignarus Senatoris vitam censuram esse debere. Hoc praeconium per Laurentium tuum patriae dederim nostrae (pace aliarumque dixerim) ut nulla sit in Italia civitas, quae quietius sanctiusque vivat, ac minus flagitiorum minusque scelerum sentiat, quam nostra Respublica. Non latrocinia, non insultus nocturni, non caedes exaudiuntur.

tur. Liberum ac tutum est unicuique Urbem die noctuque pervagari: adeo nulli parcitur quum peccat. Non habet penes ejus purgatissimas aures locum perniciosa adulatio, perpetuum Principum malum; quorum opes saepius assentatio, quam hostis evertit. Non delatores, non susurrones, timentur. Nec de aliorum erratis, credulas aures uni delatori praebet. Sapienter, ut in ceteris, ille quidem. Melius enim omnibus, quam singulis creditur. Singuli enim decipere & decipi possunt. Nemo omnes, neminem omnes fefellerunt. Adde quod civilia iura intemerate sincereque custodienda pervigilat: utpote qui nolit legibus esse maior.

Quod Sententiam Platonis servaverit.

AD unguem mihi videtur Genitor tuus divinam illam Platonis sententiam custodisse, qua ille nos primum Deo, deinde patriae, demum amicis ac parentibus procreatos esse censuit. Referre possem plurima ab eo templa in summi Dei honorem tum constructa tum etiam restaurata. Variaque ornamenta diversis Ecclesiis condonata, longeque illustriora effecta. Quae consulto ideo explicare praetermitto, ne videar quae divini cultus

caussa illa pie sanctéque fecerit ad hominum gratiam velle referre. Nihil enim ostentationis habet, omnia ad conscientiam refert.

De Pietate eius in patriam.

IAm vero qualis in patriam exstiterit, perspicuum est. Nam eam plerumque labantem suis humeris, ut coelum Atlas, excelso animo substinuit, omnes cogitationes, curas, studiaque sua ad illius confirmationem amplificationemque contulit, nihil publici commodi in privatam utilitatem derivans. Sola patriae salus eius ante oculos obversatur, ac tanquam ex specula quadam futuram tempestatem praevidens, avertit; uti solertissimum Senatorem cultoremque patriae decet. Neque ut pluries consueverunt ex publicis calamitatibus ditatus est. Sed ut virum decet bonum, bonumque civem, ac patriae caritas requirit, publica damna sua esse duxit. Imo difficillimis temporibus, suas fortunas pro salute patriae libertatisque ac suorum foederatorum effudit omnes. Notamque decoctoris fugiens aes alienum in toto terrarum orbe dissolvit, mallens facultatibus carere, quam suae illustris Medicorum familiae nomen denigrare. Adde quod sem-

ſemper privatis commodis communem utilitatem praetulit. Is ſibi quaeſtus fuit uberrimus dignitatem atque amplitudinem ſuae Reipublicae augere.

De eius caritate & munificentia in omnes.

CAritate inſuper ac ſingulari benevolentia concives, amicos, clienteſque ſuos ſibi retinet, non terrore; probe callens, arma armis irritari, ac longe expediens eſſe amari a ſuis, quam timeri. Quos unquam genitor ſuus ornare dignitate, adiuvare opibus, augere honore, aut ab iniuria tueri potuit, quin libentiſſimo animo fecerit? Et quod praeclarum in eo adnotavimus in concedendo beneficio amicorum deſiderio occurrit, in referendo quoque quam accipiendo propenſior. Etenim beneficium ſe accepiſſe putat, quum merentibus elargitur. Nullis apud eum ad impetranda beneficia precibus opus eſt: praeſto adeſt calamitoſis; patrocinium eius a quoquam minime rogari patitur; ſed admonere eum ſatis eſt. Adeo ille, & mereri, & conferre beneficia egregium eſſe duxit. Poſſem multos referre, quorum genitor tuus inopiae, ſuis copiis ſubvenit. Multa palam

ſed plura ſecreto erogat, hominum plauſus fugiens; ne id quod ei virtus ſuadet, ad pompam & inanem gloriam fieri videatur. Mavult enim eſſe, quam videri pius ac beneficus. Quodque gratiſſimum accipientibus eſt, dari ſibi adgnoſcunt, quod nemini eſt ereptum.

Quod Fortunae bonis modeſte utatur.

BOna quidem Fortunae adeptus eſt, quanta in cive optimo & liberaliſſimo requiruntur: his nitidior clariorque effectus, ita modeſte, ut diximus, utitur, ut nullam ex eis obtrectationem, nullam invidiam, nullum maledictum, ſed laudem, commendationem, & benevolentiam omnium conſequatur. Quo fit ut non tantum opes, ſed eius animi modeſtiam admirentur homines, optentque eas ſibi poſteriſque ſuis perpetuas fore. Etenim, quum Florentina plebs rei frumentariae difficultate, penuriaque laborat, ipſe munificentiſſimum horreum ſuum reſerat, viliorique pretio populum paſcit, uti decet pium patriae patrem. Magna quidem virtus eſt non efferri divitiis, non labi ultra quam ratio poſtulat, non inſoleſcere, non ſuperbire, non eſſe iniurioſum, in quibus modum ſervare difficil-

ficillimum habetur. Nam divitias vitiorum magis quam virtutum esse ministras prisci illi philosophi tradiderunt. At Laurentius iis utitur tamquam asseclis virtutum. Nullum eius insolens dictum, nullum factum imprudentius. Ad honesti enim praescriptum fruitur divitiis, quae omnibus prosint, noceant nemini.

De eius animi bonis.

QUumque Genitori tuo rerum ipsa natura, ingenium ad omnia versatile & ad unumquemque humanum usum maxime accomodatum tribuerit, ita se liberalibus inbuit disciplinis, ut nullius habeatur expers. Nihil enim profecto quod ab humano consilio exigi possit in parente tuo desideraverim: quippe quum in omni earum, quae ab animo sunt, virtutum genere in primis excellat. Nam ut poeticam, oratoriam, politicamque omittam, in quibus tantum prudentia, ingenio, & eloquentia, Latino patrioque sermone, profecit, ut perillustris in omnibus iis habeatur artifex; in musicis tantopere emicuit, ut musicorum nemini aetate nostra cedere videatur. Nec nunc loquor de musice illa scenica aut triviali: verum de illa cuius harmonia ipsum mun-

dum Plato Pythagorasque constare, regique voluerunt. Quam quidem musicen ad collocationem verborum, ad veros vocis flexus, ad movendos leniendosque adfectus in oratoria, & ad tolerandos facilius labores plurimum valere memoriae traditum est. Unde fit ut divinitus hoc tam praeclarum musices munus nobis mortalibus elargitum esse crediderim. Tantique apud Graecos haec habebatur scientia, ut eorum praescriptum exstaret proverbium; Indoctos a musis atque gratiis procul abesse debere.

Quod in Geometria Architecturaque plurimum valeat.

IAm quantus est in Architectura? In privatis publicisque aedificiis omnes eius utimur ingenio ac symmetriis. Nam hanc Architecturae disciplinam, summa Geometriae ratione exornavit perpolivitque; tantumque in ea profecit Laurentius, ut aetate nostra inter Geometras illustres non infimum teneat locum. Etenim digna Principe Geometria est, qua nostri agitantur animi, nostraque acuuntur ingenia. Adde quod eiusmodi Geometriae scientia Oratori Iurisque Consulto cognitu pernecessaria est: quum de terminis men-

su-

ſuriſque finium ſunt lites. Haec inſuper Rei militaris diſciplinae plurimum adfert ornamenti ſecuritatiſque. Siquidem Imperatoribus urbes obſidentibus, ſive obſeſſas defenſantibus, in machinis munimentiſque erigendis, magnum ſubſidium praeſtat. Etenim olim ipſe ſolus Archimedes obſidionem patriae Syracuſarum, urgente Marcello, in longius protraxit. Pericles inſuper, Athenienſes, ſolis obſcuratione territos, redditis eius rei cauſis, metu liberavit. Etiam Sulpitius ille Gallus in exercitu Lucii Pauli de Lunae defectione diſſeruit, ne, veluti prodigio divinitus facto, militum animi terrerentur.

Quod in Re militari plures exornaverit.

ACcedit his Parenti tuo non inferior laus. Etenim plurimos aetate noſtra vidimus ſuis auſpiciis ex Praefectis equitum haud multo poſt, noſtri exercitus imperatores effectos, tamquam apud populum Florentinum. Illos ſemper prima eorum rudimenta ac tyrocinium depoſituros, adeo ut deinceps tota fere Italia noſtris Imperatoribus a nobis experientia, arte, ac opibus adauctis perpolitiſque utatur.

De eius animi moderatione ac magnitudine.

HOc maxime in Genitore tuo admiratione dignum duxerim, quod quum ceteris in Republica habeatur maior, sine ullius tamen diminutione sit maior. Quin etiam plerisque ex eo reverentia accessit, quod ille quoque eos reveretur. Itaque perinde summis atque infimis carus est. Quem locum in Republica quum fortuna aliquando labefactare tentaverit, virtus eius postea fortunae impetum fregit. Adeoque paulo post dignitate & existimatione ampliatus est, ut existimari possit fortunae iniuriam in beneficium fuisse conversam. Ea certe rerum civilium perturbatio superioribus temporibus Laurentium oppressit tuum, ut in experimentum suae egregiae virtutis & invicti animi, qui in arduis sibi semper crevit, eam vim illatam esse divinitus crediderim, Summo illo Deo scire volente, an Laurentii virtus florentissimae patriae gubernacula mereretur. Quis enim pro sua Republica pro sociis & amicis, nisi excellenti animo, magnaque virtute vir tot tantaque gerere potuisset, quot ab eo gesta esse noscuntur? Iam quae passus est in Pa-
ctia-

ctiana illa & quidem nefandissima coniuratione, in qua contra ius fasque summi Dei hominumque Iulianus fratrem amisit. Bellumque mox ob id atrox atque exsecrabile a Pastore Xysto Ferdinandoque Rege sibi patriaeque inflictum non solum magno animo substinuit, sed & repulit; amissaque non nulla oppida, opera & consilio suo patriae sunt restituta.

Quod Ferrariensi Duci opem tulerit.

MOx quum Hercules Estensis amicus sociusque Reipublicae nostrae ingenti, & quidem formidabili obsidione circa Ferrariam terra Padoque opprimeretur a Venetis, Laurentius ante omnes censuit periclitanti socio subsidium propere esse mittendum. Constantius igitur Sfortia cum magno equitatu peditatuque nostro in agrum Ferrariensem missus est; tanta quidem celeritate, tantoque opportuno tempore, ut ipse Dux, Ferrarienscsque omnes ingenue etiam nunc fateantur ob illud expeditum praesentaneumque Florentinorum subsidium fuisse liberatos. Etenim non solum nostro Duce, nostrisque militibus; verum etiam pecuniis ac re frumentaria, qua maxime premebantur, adiuti refocillatique sunt.

Pre-

Praeter tot tantaque adminicula, rebus Ferrarienſibus iam iam in deterius labentibus, a nobis praeſtita, Genitor tuus non ignorans quanti eſſet momenti bellum hoc nobis a lateribus impendens: ne ulla in re ſocio foederatoque Duci deeſſe pro ſua virili parte videretur: non dubitavit, & quidem ſuo maximo patriaeque incommodo, ſe ipſum ad Cremonenſe concilium, quam Dietam vocant, conferre. In quo quidem tam memorabili totius Italiae omnium Principum conventu, quum de liberanda obſidione Ferraria conſultaretur, & ab unoquoque animi ſui iudicium expoſceret, Pater tuus tanta ingenii ſubtilitate, tamque admirabili dicendi copia gravem in medium ſententiam protulit; ut omnes unitiſſimis animis idem ſenſerint.

Bellum adverſus Petramſanctam.

REbus itaque Ferrarienſibus tandem pacatis, ac foedere in Brixienſi agro percuſſo inter omnes fere Italiae potentatus, Petro Philippo Pandolfino legationis munus pro Florentinis tunc agente, Genitor tuus, ut eſt vigilantiſſimus ad ſuam amplificandam Rempublicam, animum erexit ad Sergianam recuperandam, olim

olim nobis induciarum tempore per proditionem a Fregosis Ianuensibus ereptam. Dumque Pitiliani Comes Nicolaus Ursinus, nostri Imperator exercitus, ex Brixiensi in Agrum Lunensem adversus Sergianam emittitur; interim Petrasanctenses, Ianuensium municipes, commeatum nostrum, qui ex agro Pisano ad Castra vehebatur, nostrorumque militum impedimenta praeter spem iusque nostrae veteris amicitiae cum illo municipio hostiliter invadunt depraedantque. His adfectis iniuriis militibus nostris, Florentiae quid agendum consulitur. Placuit Laurentio ceterisque Senatoribus Sergianae obsidione intermissa, hoc Petraesanctae obstaculum e medio tollere. Etenim perdifficile videbatur Sergianam debellari posse adversantibus Petrasanctensibus. Iacet enim hoc municipium fere medium inter Pisas Sergianamque, cuius ante ostium, necessarium erat ex Pisis ad Castra nostra devehi commeatus. In auctores igitur iniuriarum coacti sumus arma convertere. Quumque iam per multum temporis spatium Petrasancta a nostris obsideretur militibus, eiusque moenia a compluribus & quidem vastissimis aereis tormentis die noctuque everberarentur, ecce noster exercitus, rumore quodam ingruentium Ianuen-

nuensium conterritus, retro Mutronem versus e vestigio cessit. Laurentius tanta belli mole impensaque permotus animum ad victoriam erigens, primum Pisas deinde in Castra ad confirmandos militum animos, qui falso hostium terrore ceciderant, simulque ad necessaria nostro exercitui subministranda proficiscitur. Tantumque praesentia, auctoritate, ac vigilantia sua effecit, ut exiguo temporis momento, veluti quoddam e celo rapidum Iovis fulmen emissum, bellum hoc nimis diu a nostro milite protractum confecerit; ipseque met Laurentius victoriae lauream in patriam reportaverit.

Bellum Innocentii adversus Regem.

PAulo autem post, quum Neapolitani Regni proceres adversus Ferdinandum Regem defectionem paravissent, atque in eorum sententiam Innocentium Octavum Pontificem Maximum traxissent, ingens hinc belli est adparatus instructus. Genitor ergo tuus Regi ipsi, quum maximo in periculo versaretur suppetias censuit esse ferendas; ne civitas socio & amico Principi deesset. Simulque quod in eius salute ab omnibus iudicatum est communem totius Italie salutem versari.

Itaque in primis curavit, ut Urſini ſibi affinitatis vinculo coniuncti (alioquin Sanctae Romanae Eccleſiae ſemper obſequentes) communi foederatorum ſtipendio conducti in auxilium Regis arma ſumerent, uti Sanſeverinatem Robertum in Romano ſolo procraſtinarentur remorarenturque. Interea Ducem Calabriae ex Romano in agrum noſtrum Montepolitianum profugientem (ob fidem nonnullorum ſtipendiatorum paululum vacillantem) omni ſubſidiorum genere communiter adiuvandum diligenter providit. Adeo ut iam omnium conſtans fuerit opinio, ſi Sanſeverinati per Urſinos in Regnum pedem inferre licuiſſet, de Ferdinando, deque eius Neapolitano Regno, iam actum eſſe. Quo quidem tam memorabili facinore, haud ſcio, an noſtra noſtrorumque patrum memoria quidquam praeclarius in Italiam geſtum fuerit. Niſi velis fortaſſe Tu, mi Petre, Avi tui Coſmae glorioſum illud facinus huic tui genitoris adiungere. Coſmas enim, ut iam omnibus notum eſt, ſuo divino conſilio magniſque opibus, illi inclito Franciſco Sfortiae Mediolanum olim a Venetis gravi ac ingenti obſeſſum mole reſtituit, pariterque Italiam ab imminenti ſervitutis iugo liberavit. Adeo, Dii

bo-

boni unius sapientia salutem omnium parit!

Sergianelli Arx ab obsidione liberatur.

AT Tam praecipiti igitur imminentique sui Regni ruina Rege liberato, ictoque cum Innocentio Pontifice Maximo Sanctissimo foedere (Regem enim mitius ac humanius erga proceres sese gerere non autem eum pessum dare pius Pater cupiebat), interim Ianuenses oppidum arcemque nostram Sergianelli furtim adgrediuntur. Quumque Arx illa extrema laboraret obsidione, hostiumque ignitis cuniculis iam iam labasceret, ardore quodam animi sui consuetaque felicitate Laurentius excitatus, intra pauculos dies undique ingentibus equitum peditumque copiis in unum comparatis, summaque huius belli Iacobo Guicciardino, Petroque Victorio demandata: non solum Sergianellum, arcemque obsidione liberavimus, sed ingentem cladem conflictumque hostibus feliciter inflximus. In quo quidem tam memorabili praelio inter alios captivos illustres, Iohannes Aloysius ex nobili Fliscorum familia exercitusque Ianuensis Dux a Nicolao Vecchiecto cive nostro viriliter captus est.

Bel-

Bellum adversus Sergianam.

HAc insigni clade per nostros milites Ianuensibus illata, quum in Senatu Florentino quid praeterea agendum consultaretur, Laurentius victoriam esse prosequendam censuit, ut hac adsidua dispendiosaque Sergianae molestia semel patria liberaretur. Iusserunt igitur Ursinos quam primum ex agro Romano acciri, Galeottum insuper Mirandulensem cum quinque equitum turmis publico stipendio conduci, Ducemque inclitum Mediolani pro militibus centum, tam veteris amicitiae quam nostri cum eo foederis vinculo requiri procuravit. Sexque millibus peditibus scriptis, ingentibus aereis tormentis admotis, non sine nostrorum aliqua caede intra vigesimam secundam diem, qua Sergiana obsideri coepta est, in potestatem populi Florentini devenit. Constansque hominum opinio est, nisi praesentia auctoritateque sua Laurentius exercitum suum iam in diversa per seditionem distractum confirmasset, haud dubie obsidionem illam Sergianae cum magno nostrae Reipublicae dispendio in longius protractam iri. Adeo unius viri virtus ad res bene feliciterque obeundas va-

valet. Etenim fama bella geruntur, ac Ducis magnanimitate solertiaque res prospere cedunt.

Quod discordiarum sit optimus sedator.

DIscordiarum insuper ac simultatum optimum se semper suis concivibus, sociis, & amicis, sedatorem praebuit; ut, quoad per eum fieri possit, quam diuturna pace, & ocio Italia frueretur. Boccolinus itaque Auximensis futuri cuiusdam belli scintillam in Piceno suscitans per genitorem tuum pacatus est. Nam quum ille patriae suae Auximi tyrannidem occupasset, barbarorumque, ut regnaret, societatem atque opem ultro per oratores exposceret, accerseretque; Pontifex Maximus Innocentius hanc pestiferam luem, futurique incendii facem cupiens extinguere, exercitum ad eum debellandum Auximum misit. Quumque diu nihil proficeret ob loci situm natura munitissimum, frustraque missis ad eum pluribus de pace tractanda Sedis Apostolicae Legatis; tandem, quum Boccolinus nullis conditionibus pollicitationibusque a Pontifice antea flecti potuisset, uni demum Francisco Gaddo Iureconsulto, qui ad eum opera & consilio parentis tui missus

ſus fuerat faciles aures de pace praebuit, ſe ipſum, vitam, ac fortunas omnes intemeratae Laurentii fidei committens; utpote qui ſemper inviolate ſanċteque cum hoſtibus promiſſa ſervaverit.

Quod pro publico bono adfinitatem cum Pontifice Maximo contraxerit.

ADfinitatem inſuper cum Innocentio octavo Pontifice Maximo contraxit, ut & ſuo & publico maxime bono conſuleret. Animadvertit enim Laurentius, nulla alia re, nulloque ſanċtiore remedio Ianuenſes (alioquin Reipublicae noſtrae maxime infenſos poſſe placari, & in priſtinam cum Florentino populo amicitiam ſocietatemque redigi, quam ſi eiuſmodi adfinitatis vinculo ſe Pontifici obſtringeret. Quod iam eſſet effectum, niſi, ut mea fert opinio, nimis recens vulnus altius & intra medullas per nos illis, & ſi iuſte illatum, eos ad ſui medelam retardaret. Verum & tanto interceſſore & ipſa die, & urbium vicinitate, commerciorumque commodis, quibus diu Ianuenſes carere vix poſſunt. Brevi ſumma concordia utrumque populum iri copulatum ſperandum eſt.

Quod Amicitiam Principum diligenter observet pro publica utilitate.

AMicitiam praeterea, ac benevolentiam non ſolum Chriſtianorum Principum, ſed & Barbarorum ſua prudentia bonitateque ſibi conciliavit, & quidem per totum terrarum orbem. Quos referre longum eſt. Verum non ne Chriſtianiſſimus Francorum Rex Ludovicus maximo amore Laurentium tuum proſequebatur, dum erat in humanis, cuius Regis obitus gravem iacturam tuae familiae mercatoribuſque noſtris attulit. Quid dicam de Turcorum magno imperatore Othomano, qui ſuperioribus annis patris tui fama bonitateque permotus Bernardum Bandinum, unum ex coniuratis in Pactiana illa, & quidem nefandiſſima coniuratione, in parentis tui poteſtatem tradidit, atrocitatem tanti facinoris abhorrens. Magnus inſuper Rex Regum Babyloniae Soldanus, non ne in praeſentia legatum ſuum Malphot, magnae preſtantiae celebriſque nominis virum ad Florentinum Senatum, Laurentiumque tuum publicis muneribus decorandum tranſmiſit? Interque quidem regia exoticaque munera, ut ſericum tentorium, mira Baby-

bylonica arte contextum: equum, leonemque omittam: quoddam aliud animal, & quidem mansuetum, nobis advexit, quod Gyraffam vulgus adpellat: Camelopardalis tamen, auctore Plinio, etiam creditur. Quae bellua, & sui magnitudine speciositateque ac novitate, habetur enim inventu rara, omnes omnium oculos in se convertit. Huiusmodi Regum principumque amicitias non ad pompam inanemque gloriam Laurentius colit & observat; verum ut eorum animos perbenignos beneficosque reddat suis concivibus, qui in eorum provinciis negotiantur, non sine ingenti, eorum privato & publico emolumento. Hinc enim merces, hinc vectigalia nostra, hoc est populi Florentinorum, nerui nascuntur.

Peroratio.

Habes tu, mi, Clarissime Petre, & quidem omni virtutum genere, genitorem tuum domi referentum. Cuius ut diximus preclarissimis rebus per eum hactenus gestis, facile potes tibi optimam vivendi normam sincerumque vitae cursum comparare. Cuius vestigiis, si ut coepisti, attentiori animo curaque inhaeseris, per te perque prudentiam tuam, patria,

pa-

parentes, amici denique omnes tui, bene feliciterque ſe habebunt. Adeſt inſuper tibi praeceptor Angelus Politianus Romanae Grecaeque facundiae doctiſſimus. Ex quo nihil eſt, quod te diſcere oporteat, quin ille te abunde edocere non poſſit. Nec ulla nos tenet addubitatio, quin tu per omnia egregium patrem ſis relaturus. Rapitur enim ad ſimilitudinem ſuorum excellens quaeque natura. Reliquum eſt, ut ſummus ille Deus, pro ſua divina clementia tuae tuique Genitoris bonae ſanaeque menti, bonam quoque ac robuſtam corporum valitudinem tribuat, faxitque ut viribus animi accedant etiam corporis vires. Diuque vivatis iis, quibus eſtis nati, ac divino quodam munere elargiti, ut tanto tamque excellenti bono quam longiſſime frui valeamus. Nam vobis incolumibus omnes noſtrae privatae publicaeque rationes recte ſibi conſtabunt. In veſtra enim fide, prudentia, auctoritate, rerumque adminiſtratione, omnes plurimum conquieſcunt. Vale.

ACTA

ACTA APOCRYPHA

S. ROMVLI

ACTA APOCRYPHA

S. ROMVLI

Ex Codice MS. Monasterii Bodecensis Dioecesis Paderbonensis.

CAPUT I.

S. Romuli conceptio, educatio, captura, Baptismus.

ERat in Romana civitate homo quidam, nomine Argoltus, *(a)* habens filiam, quae vocabatur Lucerna *(b)*. Haec quum processu temporis ad nubiles aetatis annos pervenisset, servus patris sui, vocabulo Cyros, *(c)* venusti satis adspectus, vehementer urebatur in amore *(d)* eius; & tandem potitus votis la-

(*a*) Quidni *Arlottus*? Lamius.

(*b*) Quid *Argo* πολυοφθάλμῳ cum *Lucerna*? suntne haec vetusta & Romana nomina, vel portenta? L.

(*c*) Num Persa hic erat? L.

(*d*) O miram Latini sermonis elegantiam! L.

ACTA APOCRYPHA
S. ROMVLI

Ex Cod. Archivi Aedilium Maioris Templi Florentini.

ERat quidam homo Romae, in ea videlicet urbis regione, quae *Lateranensis* dicitur: cui nomen erat *Arcultus* (a). Hic duarum pater extitit filiarum, quarum una vocabatur, *Lucerna*; altera vero *Iustina*, quas, dum tenere dilexisset, Dominum ab ipsis cunabulis timere docuit carnisque inlecebras virtutum exercitio superare admonuit. Cumque iam tempus adpropinquaret, quo eas pater solito mortalibus conubii ordine nuptiis tradere decreverat, Vir quidam Dominum timens

(a) Neque *Argoltus*, neque *Arcultus*, nomina sunt Romana. Quid de *Lucerna*? An hoc etiam nomen esse Romanum dicendum erit? Maximum quidem portentum, & a saeculo numquam auditum! Quod si *Argoltus*, *Arcultus*, *Lucerna*, & similia nomina Romana sunt, erunt etiam nomina Romana, *Soldanius*, & *Sandrinius*. Mecattius.

latenter oppressit *(a)* eam *(b)* : a quo quum illa se concepisse cognosceret, metuens valde parentes suos, quos huius rei causa latebat, instante iam partus tempore, intentionem cordis sui cum intimis votis detinebat ad Dominum, qui solus est refugium miserorum; & hanc orationem cum uberrimis lacrimis fudit ad ipsum. Deus coeli terraeque creator, cuius nutu cuncta subsistunt, & in cuius nomine Pater meus baptizatus est, libera me de manibus eius, ut per auxilium ineffabilis misericordiae tuae, mortem, quae excessibus meis iure debetur, possim evadere. Quum haec & eiusmodi orationis verba ad Dominum frequenter dirigeret, ecce nocte quadam Angelus Domini per-
vi-

(*a*) *Oppressit* non aequivalet vocabulo *compressit*, cuius significatu hic opus est. L.

(*b*) Nota quod Paraphrastes horum Actorum in adversa pagina editus, ut fornicationis crimine Lucernam liberet, & rem ab ea turpiter gestam non fuisse talem confuadeat, Cyrum ex servo ingenuum facit, cum tamen nomen Cyros Romano homini convenire minime possit, & insuper, quod plane insolentius est, Angelum Dei ministrum impie & sacrilege (dicam ne, etsi tantummodo ut confutem, refero?) Lenonem facit. Fogginius.

mens nomine Giros (a) pulcher nimis, venustoque aspectu amore stimulatus maioris natae domum cepit Arculti frequentare. Quod sine divina minime actum dispensatione (b) in sequentibus lector potest agnoscere. Denique dum iuvenis ardenti cotidie amoris flagraret incendio timens tanti sibi fervoris stimulum ab humani generis inimico esse illatum, Dei omnipotentis miserationem his verbis adiutricem invocabat: Deus caeli, terraeque creator, cuius voluntati quicquid saevum aut difficile est famulatur, si tibi non est placitum quod desidero, mihi illapsi facem ardoris potenti dextera extingue, si vero acceptum, Lucernae virginis ad meum concorde fac desiderium. Exaudivit Dominus preces

(a) Bene *Gyros* commentitius hic iuvenis adpellatur, ut gyros mentis eorum, qui haec tam absurda defendere non erubescunt, significaret, iuxta illud: *in circuitu impii ambulant*. L.

(b) Praeceptum non fornicandi semel relaxasse legitur Deus, Osee nempe cap. 1. v. 3. ubi Prophetam adloquens, *Vade*, inquit, *sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum*. Hic alia innuitur praecepti relaxatio, quod infra exponitur. Numquid si aliqua huiusmodi dispensatio ex consimilibus Actis adhuc innotescat, ex hac frequentia confirmaret Durandus & Caramuel sententiam suam de fornicatione Iure naturali non vetita? A.

visum dixit ei: (a) Lucerna, ne interficias infantem, quem habes in utero tuo, sed inquire obstetrices, quae postquam pepereris, deportent eum extra civitatem, & ponentes iuxta rubum in loco occulto, regrediantur ad urbem; Dominus enim meus Iesus Christus curam illius habebit, & te misericorditer, ut petisti, ab instanti periculo liberabit.

II. Postquam igitur infantulus iuxta Angeli sermonem, depositus est extra civitatem ab obstetricibus, continuo veniens lupa, (b) proiecit se super puerum; atque in modum nutricis studiosissime refovens eum, curam, quam Dominus matri suae promiserat, egrediens exhibebat. Mira res: sed tamen tota fide (c) credenda. Quid enim impossibile Deo? Qui & quondam per corvum, Eliae quoti-

(a) Florentiae prostat etiam nunc mulier quaedam cognomento *Lucerna*, quae non infantes interficit, sed iuvenes virosque ad eam accedentes inficit, & pessime deturpat. Numquid ab illa *Lucerna* originem haec ducit? Genealogistam *Soldanium* consule. M.

(b) Ex fabella de Romulo & Remo id sumtum est. L.

(c) Graeca tamen non Romana; nam portentum Graeca fide dignum. L.

tius & cum se Lucernae nocturno silentio sopori dedisset adstitit & iuvenis rutilo aspectu, qui huiuscemodi eam verbis alloquutus est. Lucerna Arculti filia vigilas, an dormis? Ad quam excitatus vocem puella a somno expergefacta insuetique aspectu fulgoris perterita, voce, qua poterat, inquit, Domine quis es? Ego sum ait nuntius a domino tibi directus, ut amoris tui affectum ad consensum Gyros tota voluntate inclines. Magnum enim ex eo concipies filium, qui tota mentis devotione Christi amplectetur obsequium: his dictis, qui loquebatur, unde venerat, rediit. Lucerna vero nimium obstupefacta quid ageret qualiterque quae viderat, quaeque audierat Giro patefacere solicita erat & anxia. Opportuno itaque loco, & tempore adepto ita eum alloquitur: apparuit mihi, o iuvenis, nocturno quiescenti silentio quidam insoliti micans splendore fulgoris, qui nova quadam, & antea inaudita me allocutione perterruit. Quem si Angelum Dei non cognovissem nec verbis ipsius crederem, nec tibi quae ab ipso audieram intimarem. Quia vero a domino mibi directum miro aspectu candoris certissime cognovi, quae mibi dixerat celare pertimui. Blando namque me hortatu, ne diu te dubium haesitantemque reddam, admonuit, quod meum consensum ad tui deducerem amoris adfectum. His Gyros auditis longa suspiria ex imo pectore trahens suae recordatus deprecationis omnipo-

tidianum victum destinavit; sic & hunc famulum suum, per quem multas virtutes operaturus erat, educari per lupam voluit? Sed his praetermissis ad rei gestae ordinem articulum flectamus. In illis diebus exeuntes ab urbe Roma venatores Imperatoris Neronis, invenerunt lupam, & infantem cum ea, per devia silvarum circumerrantem, & admiratione percussi stabant, considerantes, quomodo lupa oves, aliasque bestias attraheret, (*a*) & eidem infantulo, velut propriae soboli, ministraret. Quumque regressi fuissent ad urbem, & nuntiassent inaudita haec mirabilia Domino suo, ille vocans ad se Proconsulem (*b*) mitte, ait, nuntium per totam urbem Romam, ut omnes (*c*) congregentur Venatores simul; quibus in unum eo provenientibus,

(*a*) Elocutio *Merlino Cocato* & Magistro *Stoppino* dignissima. L.

(*b*) Proconsules erant in Provinciis, non Romae. L.

(*c*) Exercitum oportet miserit Nero, si omnes Romanos venatores misit. *O rem ridiculam, Cato, & iocosam!* Num illi venatores, qui viderant, iter relegere, & infantem invenire soli non poterant? L.

tenti Deo gratias retulit. Interea casto, ut divinitus fuerat imperatum celebrato coniugio, (a) *Lucerna concepit patre parentibusque ignaris* (b) *Cumque iam tempus pariendi appropinquaret sancta femina parentum metu* (c) *quos rei causa latebat afficitur, & his verbis Domino prostrata solatium deprecabatur: Domine Iesu Criste fili Dei vivi, in cuius nomine pater meus baptizatus est libera me de manibus eius, & de tormentis, ne mortem pro his, quae tu Domine in me fieri voluisti, incurram. Cum ergo iam tempus pariendi instaret, venit Angelus de Coelo nocturno quidem sub silentio clausoque hostio ad eam ingressus, dixit: Lucerna. At illa respondit, quis es Domine? Angelus Domini, in-*

(a) *Coniugium vocat: hoc praetexit nomine culpam.* Virg. Aen. 4. v. 172. F.

(b) Ergo Angelus Dei iussu puellam ad clandestinum cum *Gyro* concubitum solicitaverit? Ergo Dei parentes honorare praecipientis mandata transgredi suaserit? O impietatem! L.

(c) Solent puellae, quae fornicatae sunt & conceperunt, parentes timere, non cum instat tempus pariendi, sed primis ipsis feturae mensibus, cum eo tempore venter latior factus furtum satis prodat. Cur igitur nunc timet Lucerna? Pie credi potest Angelum, qui praeceptum non fornicandi relaxaverat, ventrem etiam intumescentem celasse, ut magis mirabilis esset illa fornicatio. A.

bus, ait Rex: *(a)* Ite, & solerter inquirite lupam, & infantem, & captos simul adducite. At illi abeuntes venerunt ad silvam: & post diuturnae investigationis fatigationem, viderunt a longe stantem puerum in agro cum lupa. Circumdantibus autem undique illis, prosilivit lupa celeriter, sequente eam puero *(b) (c)*; *(d)* & sic manus insequentium eos, evaserunt. Duobus igitur diebus illos insequentes, comprehendere non poterant.

III-

(*a*) Rex non adpellabatur Imperator Romanorum. Quam male mimum agit hic auctor falsarius & indoctissimus. L.

(*b*) Mira res. Infans nondum anno natus potuit salire, ut lupa veterana, atque ita evadere manus venatorum. Bollandistae.

(*c*) Miramur quod Alcides cum adhuc esset in cunis *prima novercae monstra manu, geminosque premens eliserit angues:* at nonne par miraculum, quod Romulus, nec primo aetatis suae anno exacto, curreret haud minus celeriter quam lupa a venatoribus in fugam conversa? F.

(*d*) Puer hic igitur iam multum adoleverat, celeriterque currebat, ita ut tot hominum circumdantium manus evaderet. Num ex aura eum more Lusitanarum equarum, Lucerna conceperat? L.

inquit, cui tu preces anxia effudisti. Et illa gratias, inquit, tibi ago Domine Iesu Christe, qui precibus ancillae tuae exauditis misisti Angelum tuum, qui me ab instanti liberaret periculo. Et Angelus ad eam. ne timeas inquit pro infante, quem es paritura, quia Domino meo Iesu Cristo non ergo modica de eo est cura. Inquire obstetrices, quae tui curam gerant, & cum peperceris puerum, accipientes eum obstetrices extra civitatem deportent, (a) *& ad rubum usque properantes in loco occulto deponant pueroque ibi relicto ad te revertantur: fecit itaque Lucerna omnia que sibi ab Angelo fuerant imperata. Denique cum infans ab obstetricibus in rubo iuxta verbum Angeli dimitteretur, Lupa Dei nutu a vicina progrediens silva curam, quam nutrix debuit, infanti toto nisu adbibuit. Mira res, & tamen tota fide credenda. Quid enim mirum si Dominus hunc famulum suum, per quem multas virtutes operaturus erat, per lupam voluit educari, qui Eliae per corvum quo-*

(a) Fabella dignissima cachinnis. Quis non stomachetur quum haec legerit, apocryphamque historiam non cognoverit? Mirum virum quemdam hallucinatum ire & has aniles nugas cum veritate confundere; tamque deperditam caussam nonnullos patrocinari. Ut belle nobis imponant, ut opinor, haec predicant & confirmant. M.

III. Tertia vero die reversi, Regi nuntiaverunt, quomodo eos viderint, & per duos dies capere non potuerint. Quo audito misit hic Praefectum suum ad Petrum Apostolum (*a*), ut (*b*) narraret ei mirabilia haec. Sanctus itaque Petrus huiusmodi rei sermonem audiens, gratias egit Deo, & dixit: Domine Iesu Christe, qui dignatus fuisti ad litus maris me vocare ad te; mitte Angelum tuum ad me, qui mihi huius rei veritatem patefaciat. Et ecce eadem nocte adparuit ei Angelus Domini dicens ad eum: Surge Petre, & convoca omnes Christianos (*c*) qui in hac urbe commorantur, praecipiens eis, ut tollentes retia sua una tecum pergant ad silvam, lupam, & puerum, de quibus audisti, capturi (*d*). Surgens autem Petrus fecit quod caelitus iussum fuerat. Quumque diu quaesissent in agris eos, nec invenire potuissent; dixit

(*a*) Pah! quanti Petrum Nero faciebat! Num concubinam ope Petri resipiscentem oblitus erat? L.

(*b*) An haec credibilia alicui videri possint? B.

(*c*) Cur tot hominibus indigeret? τὸ λῆρον. L.

(*d*) O bellam rem! Plagis puer Lupae alumnus implicandus, ut capiatur a *Petro*, piscatore olim, nunc venatore. L.

quodam tempore cotidianum victum exhibuit. (a) *Triginta itaque dierum spatio lupa infanti lac velut propriae soboli tribuens* (b) *humanos penitus vitabat obtutus. Post haec venatores de urbe Roma egressi invenerunt lupam & infantem*

(a) Vah, pessimum hominem!
Audax omnia perpeti
Gens humana . . . . . .
En miscentur vera falsis, sacra profanis. Placet hic auream Thomae Mori in Ep. ad Rutalum Regis Angliae a secretis sententiam referre, ubi de Actis Sanctorum confictis conqueritur. *Unde saepe mihi suspicio suboritur; magnam huiusmodi fabularum partem a rabulis, ac pessimis quibusdam nebulonibus, haereticisque confictam, quibus studium fuit, partim ex incauta simplicium potius, quam prudentium credulitate, voluptatem capere; partim fabularum fictarum commercio, fidem veris Christianorum historicis adimere, quippe qui frequenter quaedam his, quae in Sacra Scriptura continentur, tam vicina confingunt: ut facile se declarent adludendo lusisse. Quamobrem quas Scriptura nobis historias divinitus inspirata commendat: eis indubitata fides habenda est: ceteras vero ad Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regulam, applicantes caute, & cum iudicio, aut recipiamus, aut respuamus: si carere volumus & inani fiducia, & superstitiosa formidine?*

(b) Omnes igitur quorum nomen Romulus est a Lupa lactari debent? Credat Pater *Soldanius*. M.

xit ad eos Petrus Apostolus (a): State foris silvam, & diligenter speculamini, ne forte clam pertranseant. Ego opaca ferarum lustra, silens pulsaturus (b) intrabo. Et paululum procedens flexit genua, orans ad Dominum, & dicens: Domine, qui misisti Angelum tuum ad me, ut mihi iniungeret hanc venationem; mitte puerum ad me, ut eum comprehendam: statimque adparuit ante eum lupa, & infans.

IV. Tunc dixit Apostolus ad puerum: Adjuro te per Dominum vivum, ut si de lupo (c) procreatus es, (d) fugias ab

---

(a) Ex Piscatore Petrus factus est venator. *Faciam vos fieri Piscatores hominum* dixit Apostolis Iesus Christus. Ex Petro venatore, ut puto, nescio quis in Epigraphe, quam Divo Francisco Regis in eius solemni Canonizationis pompa conscripsit, Venatorem animarum eum fecit. Numquid ex hac historiola; vel potius ex Lectionario S. Caietani Thienensis, ubi Divus Caietanus Venator animarum adpellatur, hunc dicendi modum adripuit? M.

(b) More scilicet Aucupum turdos & ficedulas cassibus venantium. L.

(c) Numquid sensu Communi B. Petrus carebat, ut haec proferre possit? L.

(d) Haec ne stultissime dicta Petro Apostolo, im-

tem cum ea, & de insolita visione valde perterriti ad urbem redeuntes nunciaverunt Neroni tunc temporis Imperatori. Qui vehementer admiratus omnes Romanae civitatis sapientes in unum convocans, ea, quae a venatoribus didicerat per ordinem narravit, & quid sibi de talibus videretur inquisivit. Responderunt ergo omnes haec, & his similia sibi hactenus esse inaudita (a). *Tunc Rex, cum suis inito consilio, venatorum ad silvam multitudinem direxit, & ut lupam cum infante comprehendentes ad se perducerent praecepit, qui iussum Regis implentes silvam undique circumdederunt, & per biduum in venatu nimium fatigati lupam cum puero invenire non potuerunt. Tertia demum die, cepto operi toto studio insistentes infantem cum nutrice videre potuerunt, sed incasso labore contriti ad Neronem reversi sunt vacui. Eo tempore beatissimus Petrus Apostolus verbi divini semina Romano populo studiose non solum per se, sed etiam per discipulos per plures dispertivit. Ad quem Ne-*

(a) *Inaudita?* Urbis conditoribus Romulo & Remo ferino lacte suo prima nutrimenta dedisse lupam nonne Romae erat vulgata fabula vel lippis nota, & tonsoribus? F.

ab oculis meis: si autem de homine *(a)*, venias ad me, ut manibus meis teneam te. Mox fugiente lupa puer accedebat ad eum; quem ille in ulnas suscipiens, osculabatur eum: & egressus, clamabat ad comites suos, dicens: Venite ad me omnes, & videte, quia Dominus curam habet de isto. Tendite ergo nunc retia vestra, ut capiamus & ipsam, quae eum nutrivit: quam quum comprehendisset, ponebant iuxta eam puerum, & ipsa lactabat eum *(b)*, tanquam genitum a se. *(c)* Quod Chri-

impie & indocte Auctor, adfingis? Num sensu communi praeditus hominem ex Lupo procreari posse suspicari potest? L.

(a) Amicus vir atque doctissimus, cum haec Acta legeret & in haec incidisset, adnotabat, se legisse apud Quadrium, ab Aristotele Euripidem damnari, quod puellam quamdam, Menalippen nomine, philosophicis rationibus probantem fingat, pueros duos in stabulo repertos e bobus nasci potuisse. F.

(b) Ergo lupa lactabat adhuc puerum tam adultum, qui cursu venatores insequentes anteibat? Num per septem vel octo annos lactavit? Milesiae. L.

(c) Ferarum a quibus nutriti sunt magni Heroes exempla congerit multa Alex. Neap. Genial. Dierum lib. 2. cap. 31. quibus adde Iamum a serpente alitum laudari a Pindaro Od.

Nero Imperator licet (a) paganissimus (b) nuntios, qui ei, quae a venatoribus audierat indicarent, transmisit: Beatus Petrus audito novi rumore miraculi Domino devotas in haec verba preces libavit. Domine rex aeternae gloriae, qui me ad litus maris ad te vocare dignatus es, mitte Angelum tuum, qui mihi huius rei notitiam patefaciat. Eadem nocte apparuit ei Angelus de Coelo, qui ita eum alloquitur. Quae de lupa pueruloque, Petre, audisti, divini noveris esse consilii. Surgens ergo congrega Christianae professionis viros, qui singuli secum retia sua ad rubum deferant, ut lupam cum infante capere prevaleant (c). Fecit ergo Beatissimus Petrus, ut

(a) Nero paganissimus incipit esse superstitiosissimus, & Divum Petrum consulit. Quae ambages, quae milesiae, quae tricae! M.

(b) Hoc est: superstitiosissimus idololatra. At vero nota, quod idololatras dicere *Paganos* non est coeptum ante saeculum Ecclesiae IV. Antiquiora exempla sunt, illud, quod est in leg. 18. Cod. Th. de Episcop. lata a Valentiano & Valente, & alterum, quod apud Marium Victorinum occurrit *De ὁμοουσίῳ recipiendo*. F.

(c) Ergo Divus Romulus rete captus est, quasi lepus, dama, vel avis? Vera ne putas haec,

Christiani videntes cum magna admiratione, glorificaverunt Dominum, & Apostolum eius Petrum: reversique sunt ad urbem lupam, & puerum secum ducentes, Petrus itaque misit utrosque in custodiam, oves dimittens ad eos, praecepitque custodibus, ut caute observarent, quid de ovibus facerent. Igitur cum essent simul, lupa solito more irruens super oves, carnem earum discerpsit, quam puer una cum matre sua crudam devorare coepit. Hoc viso, custodes nuntiaverunt haec omnia Petro Apostolo, qui veniens, invenit lupam & infantem simul crudas carnes edentes *(a)*; ingressusque cubiculum, prae-

Od. 6. Olymp. Camillam ab armentali equa ferino lacte nutritam fuisse testari Vergilium Aen. lib. 11. Tigrem Clorindae, admovisse ubera a Tasso esse traditum lib. 12. Boni viri Actorum Apocryphorum Sancti Romuli defensores, animum sumite: haec adnotabam, ut habeatis, unde caussam vestram comprobetis. F.

(*a*) Paraphrastes rem nimis arduam putans quod infans Romulus crudas carnes ederet, scripsit quod ille crudas carnes *comedere nitebatur*. Verum putandum ne est Romulum a Lucerna in lucem editum esse dentatum? Heus tu? ne irrideas. Dente nato ex utero matris podiisse M. Curium, M. Carbonem, & Dentatorum fa-

ab Angelo erat admonitus, & ad rubum una cum Christianorum turba perveniens retia undique praetendi iussit.(o) *Ipse vero, omnibus silvam pro capiendo puero ingressis, solus bestiam cum infante, si videre potuisset, foris expectavit. Cum ergo hi, qui ingressi fuerant incasso diu labore fatigarentur, ad Apostolum egressi nihil se in venatu proficere nuntiarunt. Tunc Beatus* (p) *praecepit omnibus, ut exitus vel semitas bestiae circumquaque caute observarent. Ipse autem rubum ingressus genua flectens oravit ad Dominum. Deus qui per Angelum tuum huc me una cum tibi devota turba venire praecepisti, fac lupam cum puero ita, ut capi possit, meis obtutibus praesentari. Expleta oratione apparuit sibi* (q) *puerulus cum lupa. Quo viso Beatus Petrus valde gavisus manu brachiisque puerum plexus lupa se-*

P 2 *quen-*

haec, *Pater Soldani*? vel ad rete nos captare vis? *Credat Iudaeus Apella*. M.

(o) Petrus piscator hominum factus a Christo Matth. cap. 4. v. 19. nunc venatorem agit, & qui relictis retibus piscatoriis Christum secutus fuerat, Matth. 4. 20. nunc retia tractat venatoria, ut Romulam insequatur. F.

(p) Cod. Strozianus addit *Petrus*. F.

(q) Num puerulus sequebatur Lupam, vel Lupa gestabat puerulum super armos? O rem mirabilem & prorsus inauditam! M.

praecepit, ut lupa extra muros educta, illaesa abire permitteretur; puerum vero beato Iustino tradidit baptizandum, postquam egerat cum lupa trecentos dies. (b)

V. Post haec Iustinus presbyter, ponens vas plenum aqua supra petram (c), sanctificavit eam, & dixit ad beatum Petrum Apostolum; quo nomine vocabitur. (d) Cui haesitanti de nominis adpellatione, Iustinus presbyter dixit: confirmemus (e) eum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & vocetur nomen eius Romulus. In hoc itaque convenientibus utrisque, baptizatus est puer Romulus a Iustino presbytero. Petrus vero suscepit (f) cum manibus suis a lavacro. Deinde commendatus cuidam no-

no-

---

familiae auctorem, traditur. Quid largiori naturae dono dentibus omnibus iam firmis nasci non potuit Romulus? F.

(b) Quid ni annum integrum? L.

(c) Hinc arguitur hasce fabulas scriptas fuisse postquam baptismus per immersionem lavacro per adspersionem mutari coepit. L.

(d) Tunc temporis non imponebatur nomen die baptismatis, sed ante baptismum. L.

(e) Haec vox *confirmare*, non de baptismo, sed de manus impositione cum Chrismate usurpatur apud Christianos. L.

(f) Num susceptores tunc erant? L.

quente rubum egreditur, & cum in conspectu omnium infantem secus belluam deposuisset, lupa laetitiam cauda demostrans (r) lactis pabula puero materno affectu ministrabat. Tunc Christiani tam insueto viso miraculo magna voce glorificare coeperunt omnipotentem Dominum, & beatum Petrum Apostolum. Igitur cum laudibus & hymnis ad urbem Apostolus cum suis regressus bestiam cum puero in custodiam mitti praecepit, ovibus cum ipsa, refectionis causa, inclusis (s). Custodes diligenter observabant, oves si lupa secundum sibi innatum usum invaderet, & puerum commestione tali participem faceret. Denique reclusa cum puero bestia, cum famis injuriam pateretur, solito more super oves irruit, ac dentibus laniare coepit. Infans vero nutricis vestigia sequens crudas ovium carnes (t) & ipse comede-

(r) Lupa prae laetitia cauda gestit. O Lupam rationalem! Irrationales tamen habendi sunt qui talia vera esse credunt. M.

(s) En altera portentosa fabella. O praeclaram custodem ovium, idest Lupam! exclamaret Tullius. M.

(t) Portentum! Infans unius anni, qui nuper lac sugebat ex Lupa, subito a malesuada fame, & ab exemplo matris incitatus, crudas carnes devorat. Num Divus Romulus natus est dentatus? M.

bili feminae nutriendus, quum mansisset apud eam duobus annis revocatus est ab Apostolo Petro. Erat autem puer pulcher adspectu, ore facundus, & quantum puerilis aetas patiebatur, iam iam bonis operibus aptus. At ubi productus est ante conspectum Petri Apostoli, accepit eum in brachia sua, dans ei osculum pacis, & dicens: Benedico, & confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut os tuum, spiritu sapientiae impletum, libere praedicare valeat Dominum nostrum Iesum Christum. Haec dicens accersivit ad se Iustinum sacerdotem, & commendans puerum fidei suae, rogavit, ut litteras, & omnem disciplinam divinae legis perdoceret eum. (g)

CA-

(g) Nihil attinet plura adnotare ad praemissa, quae cuivis legenti non possunt non videri mera fabula esse. B.

re nitebatur (u). *Quo viso custodes obstupefacti ad aures retulerunt Apostoli. Tunc Beatus Petrus puerum de custodia educens in medium atrium portavit. Convocataque fidelium turma dixit: Baptizemus infantem hunc ne pereat, sed habeat vitam aeternam; & placuit omnibus quod dixit Apostolus. Tunc iussit, ut lupa foras muros civitatis eiiceretur, & notam silvam repetere permitteretur; quod cum factum fuisset, vocavit Beatus Petrus Iustinum presbyterum, & allata aqua puerum baptizari praecepit. Cumque de nomine ipsius dubitarent, dixit Iustinus Sacerdos,* (x) *Romulum eum vocemus, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti confirmemus. Respondit Beatus Petrus Apostolus, fiat. Tunc Beatus Iustinus secundum catholicam consuetudinem puerum interrogans dixit. Romule credis in Dominum Patrem, & Filium, & Spiritum San-*

(u) Ex Romulo factus est Lupus, nam laniat oves, crudasque devorat eorum carnes; & ex hac comestione Divus Petrus occasionem sumit Romulum baptizandi. Quis intelliget haec! Quis primore adspectu temeritatem & ignorantiam eorum qui talia scripserunt non improbet, & damnet? Et erit adhuc qui hanc damnatam caussam patrocinetur! M.

(x) Sic decebat; nam Romuli urbis conditoris, & huius pueruli eadem educatio fuerat; sic idem nomen fortiri debuerant. M.

Sanctum. Respondit Beatus Petrus vice infantis. Credo. Credis has tres personas, unum & trinum, & per omnia regnantem esse Dominum? Respondit: Credo. Credis remissionem peccatorum, & resurrectionem mortuorum? Respondit: Credo. Vis baptizari? Respondit Beatus Petrus (y) ex persona pueri. Volo. Tunc Beatus Iustinus infantem sanctificatae aquae immergens ait: Romule ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & responderunt qui aderant, & dixerunt: Amen. Beatissimus vero Petrus elevavit eum de fonte, & benedixit. Post haec tradidit parvulum cuidam feminae nobilissimae, ut educaret eum, quoadusque literarum scientiam capere potuisset. Cumque iam ad discendas litteras esset maturus, misit Beatus Petrus nuntium, ut ad se deferret puerum. Erat autem Beatus Romulus pulcher aspectu, sermone facundus, & in quantum puerilis etas permittebat Dei omnipotentis servitio insudavit. Qui cum perductus fuisset ante conspectum Petri Apostoli amplexibus illius diu inhaerens pacis osculum dedit, & im-

po-

(y) Igitur D. Petrus patrinus est D. Romuli. Vide, & considera, primis Ecclesiae temporibus baptizari pueros eodem modo, quo baptizantur nunc in Ecclesia Faesulana, adhibitis ipsissimis verbis, & caeremoniis. M.

positis manibus in haec verba benedixit: Benedico, & confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ut scientiam, & intellectum spiritalem habeas, & quae Dei sunt mente vigili cognoscas. Et responderunt Christiani, qui aderant, & dixerunt, Amen. Tunc Beatus Petrus rogavit Iustinum Presbyterum, ut litteras eum doceret (a) (b) (c).

Ac-

(a) Haec omnia congeriem esse nugarum, & mendaciorum quotusquisque non videt? Quis sanae mentis reperietur, qui talia vera esse adfirmabit? Profecto vel stipes, vel duro de robore natus, debeat esse ille, qui tam ridicula, inter se discrepantia, & inverisimilia audacter in propatulo non solum ponere, sed obstinatus adserere, & ut genuina, & vera populis praedicare in ludibrium Sanctissimae Christianae Fidei, quae una, vera, & intemerata est, audebit? Caecutiet sane ille, qui his inanibus, nugacibusque testimoniis innixus, veritatem inficiari, & densas in illam tenebras spargere praesumet, ad deceptionem populorum, *vel ut morem gerat alicui*, vel ut sequatur suae voluntatis impetum, vel alia quacumque de caussa, Heterodoxis occasionem risus tribuens, & Catholicos in superstitionis errore confirmans. Quare non video cur *Soldanius*, aliique, qui hanc decoctam apocryphamque historiam tuentur, quique ab huiusmodi fabellis, horrendisque blasphemiis, inanem, falsam, mendacemque cogno-

gnoscunt; eam ut genuinam & veram populis tradere in Christianae Religionis contemtum audeant. Non vero fabellae & nugae narrantur, inquit *Soldanius*: quae vero memorantur in posterum vera, & a fabulis nugisque aliena esse adseverare non erubesco. Igitur diversis temporibus Acta Divi Romuli scripta esse adparebit, primum quae superius habentur, deinde quae inferius sequuntur ut puto; sed quum ea usque adhuc lecta & considerata infimis temporibus scripta esse liquido pateat, consequens erit, etiam quae sequuntur, & quae nobis consideranda occurrunt, posterioribus temporibus apposita esse, vel quia eamdem latinitatem barbaram, rudem, & incultam redolent, vel quia non minus quam superiora erroribus mendaciisque scatent: vel quia demum hanc ridiculam opinionem mente concipere non valeamus, quod haec historia a calce primum usque ad principium deducta sit, ut quidam pictor qui dum in tabula hominum effigies figurabat a pedibus exordium sumens, & crura ventremque protrahens dum ad efformandum caput ridicule pennicillo nitebatur, locum nullum in tela relictum ad illud effingendum inveniebat. Quod quidem omnino a veritate alienum esse unusquisque rerum aequus aestimator iudicabit. Quare vel ut belle imponat nobis, vel ut in tam immensa veritatis luce consulto caecutiat, *Soldanius* hanc historiolam veram, antiquam, & primis Ecclesiae temporibus scriptam esse asseverabit. M.

(b) Hinc ad calcem usque Acta haec S. Romuli

li ex Codice Archivi Aedilium maioris templi Florentini eruta, & ex Codice Bibliothecae Strozianae ita conveniunt cum Actis a Florentinio editis ex Faesulano Passionario, & cum illis, quae ex Codice Vallisumbrosae edidit Soldanius, ut paucissimis in locis ab eis discrepent, neque vero varietate sententiae, sed verborum. Quamobrem mirum certe est potuisse Soldanium adserere Acta haec genuina esse, apocrypha vero illa, in quibus narratur natalis, & prima Divi Romuli educatio, cum yere aliud non sint, quam illorum pars. Scilicet cum nimis insolentem fabulam ostentarent, quae de natali, & prima D. Romuli educatione excogitata fuerant, visum est satius illa omittere, ne tam fabuloso principio tota statim historiola falsitatis convinceretur. Itaque hoc in multis Passionariis est factum, forte etiam brevitatis gratia, plus aequo enim longa erat historiola cum illo principio, & ne acephala esset additum est aliud breve principium, quod tamen ipsum est compactum ex multis verbis, quae in omisso principio erant, quaeque descripta offendes praecipua literarum forma, ne sine animadversione praetereas: *Cum Beatus Petrus Apostolorum Princeps Ecclesiam sibi a Christo commissam cupiens augere, divina revleatione Romam venisset, & ibidem varias tribulationes ab Idolorum cultoribus propter nomen Christi sustinuisset, atque fama illius virtute miraculorum turba credentium circumquaqne crevisset, Beatus Romulus nobili quadam progenie Romanorum ortus, utrisque iam parentibus orbatus, & licet*

ret parvae aetatis iuvenis, errore tamen (Soldanius perperam edidit *errorem*) *infidelitatis detentus visis atque auditis tot miraculorum signis Beatissimo Petro adhaesit, & ab ipso se baptizari petiit. Quem Iustinus presbyter iussu Apostoli more solito catechizavit, & trina mersione* (Soldanius edidit *emersione*) *in nomine sanctae & individuae Trinitatis baptizavit. Beatus vero Petrus, pater susceptionis effectus de Sacro Fonte baptismatis levavit*. Erat autem Beatus Romulus pulcher aspectu, sermone facundus, & in quantum puerilis aetas *petebat*, Dei Omnipotentis servitio insudabat. *Videns vero Beatiss. Petrus Apostolus, quod ad discendum iam esset maturus, rogavit Iustinum Presbyterum, ut litteras ipsum edoceret. Accipiens igitur &c.* At vero Soldanius nulla alia legit D. Romuli Acta natalem eius, & educationem narrantia, quam illa quae a Bollandianis edita fuerant: si haec legisset, fortassis adeo turpiter non errasset. At enim nonne & legenti Acta a Bollandistis edita, & cum iis, quae habent Florentinius, & Soldanius, conferenti statim subit haec illorum paraphrasim esse, & idcirco tempore posteriora, contra illud, quod Soldanius asseruit, natalis, & educationis Divi Romuli narrationem dicens fuisse additam actis, quae a se primum edita fuisse fingit, ut solet. Utique subit, sed non viris rei Criticae omnino ignaris, aut desiderio indulgentibus suo, sive eorum, quibus adulari utile sibi fore putant & honestum. F.

(c) Mirum profecto est, Soldanium, ut belle indo-

indoctis imponat, Acta apocrypha S. Romuli quae ipse edidit ex Cod. Monasterii Vallisumbrosae, licet iam ex Cod. Faesulano edidisset Florentinius, adfirmare genuina esse, & sincera, falsa autem illa, ubi narratur fabula natalis S. Romuli, cum plane constet eiusdem auctoris esse fetum utraque Acta, sed integra haec, decurtata vero illa. Verum silentio praeterire non est aequum, in eam sententiam Soldanium venisse non veritatis caussa, sed ut velificaretur gratiae eorum, quibus ingrata fuit Petri Francisci Fogginii *De primis Florentinorum Apostolis* Exercitatio, ubi vera S. Rom. historia luculenter asseritur, falsa evidenter confutatur. Porro illud refugium monstratum illi fuit a Patre Dominico Sandrinio, qui licet olim, cum esset iunior, de Actis S. Romuli Bollandistis ita scripserit, ut multum illis tribuere auctoritatis non videretur; nunc tamen omnium pervicacissimus verae S. Rom. historiae adversatur, & apocryphis Actis favet. Duos habet libellos MSS. Sandrinius fabulis repletos multis, *Historiam Ecclesiasticam Florentinam*, & dissertationem *De primo Florentinorum Baptismate*, quos videns plane ridiculos evasisse post Fogginii opus aequo animo ferre non potuit, & hinc eius clamores, & nugae. Sed quis iste Sandrinius? Talis, ut docto viro eum monenti, ut laudatam dissertationem *de primo Florentinorum Baptismate* praetermitteret, vel castigaret iuxta Ruinartii & Tillemontii regulas, responderit: *Non leggo questi pazzi*. A.

CAPUT II.

Praedicat Sutrii, Volaterris, Brixiae, Bergomi; & miracula ubique patrat.

CUmque per quinque annos ſcientiam literarum vigili mente percepiſſet, & iam abundanter notitia verbi Dei imbutus, per populos Romanae civitatis ſemina vitae novus tiro ſereret *(a)*; nec non elanguentes in Chriſti nomine curaret; nunciatum eſt hoc cuidam homini, qui vocabatur Chariſius, qui habebat duos filios, quorum alter, Vicinior nomine, graviter a daemonio vexabatur; alter Penſior dictus *(b)* irremediabili languore

(a) Nempe, puer octo annorum, uti ex computatione ſupra dicta colligitur. Nondum compleverat annum unum, quando captus fuit, mox a nobili femina per biennium enutritus, atque exinde, iam triennis puer, a Iuſtino presbytero per quinquennium literis, etiam ſacris imbutus, Romanos fidem Chriſtianam docuit, & miraculis clarere coepit. B.

(b) An haec duo filiorum nomina ſpeciem habent nominum, apud Romanos tunc temporis uſitatorum? B.

Accipiens (a) igitur Beatus Iustinus infantem in brevi temporis spatio literali scientia non mediocriter instruxit, ac divini verbi pleniter notitiam tradidit. Cumque iam morum probitate esset praeclarus, aetate floridus, sapientia abundanter instructus(b), ac divini verbi pleniter imbutus, toto studio praedicationi coepit insistere, & credentes quosque baptizare. Cumque verba vitae caelestis novus miles per populos Romanae urbis sereret, & languentes in nomine Iesu Christi curaret, nuntiatum est cuidam homini, cui nomen erat Karisius, quod Dominus per servum suum Romulum Beati Petri Apostoli discipulum salutem aegrotantibus restitueret. Hic vero habebat filios duos, unus vocabatur Vicinior, qui a Demonio graviter vexabatur, & alter nomine Pensior(c), qui gravi languore cruciabatur. Cumque graviter uterque in infirmitate laboraret, paternus amor infirmitati eorum compatiens, venit ad B. Petrum Apostolum, & pedibus illius provolutus clamare coepit cum lacrimis, dicens: Domine pater sunt mihi duo filii, quorum unus a Demonio vexatur, alter vero gravi mem-

(a) Soldanius habet *recipiens*. F.

(b) Soldanius habet *sapientia abundanter imbutus toto studio &c.* F.

(c) Soldanius perperam scribit: *& alter nomen Pensior*. F.

re cruciabatur: Condolens itaque Charisius infirmitati filiorum, venit ad Apostolum Petrum, & provolutus pedibus ejus cum lacrimis dixit: Domine Pater, si per te sanitati redditi fuerint duo filii mei, quorum alter a daemonio, alter gravi membrorum dolore cruciatur; statim ab idolorum cultu recedam; & Deo, cui tu servis, cum omni domo mea credere incipiam. Quod si tu pigritaris ipse venire mecum, mitte discipulum tuum Romulum, de quo audivi, quia & ipse virtutes operetur in nomine tui. Dixit ergo beatus Petrus ad Romulum, discipulum suum: Vade in nomine Domini, & imposita manu super infirmos, utrosque restitue pristinae sanitati; ut tota domus illa convertatur ad Dominum Iesum Christum, qui est salvator, & liberator eorum. Protinus obediens magistri sui verbis Romulus, perrexit cum Charisio ad domum suam; & facta oratione, utrosque filios eius liberavit ab imminente languore: quo viso Charisius credidit Domino cum omni domo sua, & baptizatus est in eadem hora (c).

VII.

(c) Praefestina haec baptizatio videri potest tot hominum gentilium, absque praevia instructione rerum credendarum. B.

membrorum dolore conteritur: Rogo ut venias, & super eos manum imponas, ut sanentur. (a) *Si per te sanati fuerint, promitto me ab idolorum cultura recedere, & Deo, cuius* (b) *tu servus es, cum omni domo mea credere.*

Tunc Apostolus Petrus dixit ad Beatum Romulum: Romule fili, vade & manum super eos impone: & sanitatem (c) *recipiant, & Creatorem suum, relictis his, qui Dii non sunt, veraciter agnoscant. Perveniens ergo Beatissimus Romulus* (d) *ad domum Carisii* (e), *ingressus in eam dixit:*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ingrediar hanc domum. Tunc perducti sunt ante eum iuvenes Vicinior & Pensior; (f) *prior a Daemonio vexatus, sequens verò membrorum languore acriter gravatus. Beatus autem Romulus in terram* (g) *se prosternens oravit* (h) *ad Dominum dicens: Domine Deus meus qui me per Apostolum tuum Petrum ad agnitionem nominis tui veni-*

(a) Haec paraphrastice sumta ab Evangelista Marco cap. 5. v. 23. A.
(b) Soldanius *cui*. F.
(c) Soldanius. *ut Sanitatem*. F.
(d) Soldanius: *Beatus Romulus*. F.
(e) Soldanius: *Carisii*. F.
(f) Nomina a Romanis certe numquam audita. F.
(g) Soldanius: *in terra*. F.
(h) Soldanius: *adoravit*. F.

VII. Nec multo post Petrus Apostolus videns gratiam Dei cooperari discipulo suo Romulo, misit eum cum Iustino presbytero ad civitatem Sutrinam *(d)*, ut docerent ibi verbum Dei. Qui consurgentes, adsumserunt sibi duos viros religiosos Marchitianum, & Crescentium; & venientes ad civitatem quamdam, quae vocatur Nepina, audierunt ibi pueros, & puellas colloquentes de Iustiniano Episcopo, qui verbum vitae quotidie praedicabat in eadem urbe, quos interrogans Iustinus presbyter dixit: Quo nomine vocatur haec civitas? *(e)* & illis respondentibus, Nepina; adiecit. Quem Deum colitis? Alii, inquiunt illi, credunt in Iesum Christum; alii non. Tunc adeuntes servi Christi domum Iustiniani *(f)* Epi-

(*d*) Sutrinam Romani dicebant sutoris officinam: Sutrium autem de urbe Sutrio: Incolas tamen Sutrii Sutrinos dictos haud inficior; ita enim adpellantur a Livio, Plinio, & Frontino. F.

(*e*) Otiosa interrogatio. An non noverat Iustinus presbyter Romanus, nomen & situm civitatis, ad quam missus fuerat, vix dimidii diei itinere Roma distantis? B.

(*f*) Iustinianus Episcopus Nepesinus apud Ughellum nullus est. Primo loco ponitur S. Ro-

re voluisti (i), *extende manum tuam super iuvenes hos, & sanitati eos restitue. Completa verò oratione, erigens se Beatus Romulus, manum Viciniori imponens dixit: Exi ab eo Satanas, & da honorem Deo* (k) *vivo & vero. Statim Vicinior a Daemonio ereptus, magnificans Dominum, baptizatus est.* (l) *Pensior verò pristinae redditus sanitati credidit Deo, gratesque retulit* (m) *magnificans B. Romulo curatori suo. Tunc Carisius, Pater iuvenum, baptizatus cum omni domo sua glorificavit Dominum, qui tanta mirabilia operatus est per servum suum.*

Reversus itaque B. Romulus nuntiavit Domino suo Petro Apostolo omnia quae facta fuerant. Unde ille valde gavisus gratias egit Deo. Sermo autem Domini quotidie per B. Petrum Apostolum, & Discipulum eius Romulum divulgabatur per Urbem Romam, & admirati sunt omnes, quod verbum Domini cum tanta eloquenti instan-

(i) Adlusisse videtur ad Orationem positam in Breviario Romano die 28. Octobris ubi legitur: *Deus qui per Beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti*. A.

(*k*) Soldanius: *da Domino vivo & vero*. F.

(l) Soldanius: *& baptizatus est*. F.

(m) Soldanius: *reddidit*. F.

Episcopi, manserunt apud eum nocte illa; & altera die pervenerunt ad civitatem Sutrinam: ubi quum ingressi fuissent domum cuiusdam divitis, nomine Pergami, & praedicarent in ea verbum Dei, interrogavit eos Pergamus & dixit: De qua civitate egressi estis? Responderunt: de urbe Roma missi sumus ad locum istum, ut adnuntiemus vobis vitam aeternam; quam si adipisci vultis, baptizetur prius unusquisque vestrum in nomine Sanctae Trinitatis. Ad haec Pergamus; Et est, inquit, vita praeter istam? Iustinus dixit; si altera vita non esset, stultum videretur si spontanea voluntate vellemus perdere istam: porro cum sit altera immortalis, ubi nullus dolor, nullus labor, nullum penitus invenitur fastidium; quare non amittamus istam miseram, & caducam, quae diversis casibus subiacet & properemus ad illam, ubi perennis vita manet, ubi angelorum organa iugiter resonant, ubi de sola visione conditoris, Sanctorum animae in abundantia gratuitae pietatis replentur?
Au-

Romanus, tamquam a S. Petro Apostolo ordinatus Episcopus ac Nepetem missus; ubi martyrio coronatus fuisse dicitur, ac hodie dum, ut civitatis Patronus colitur. B.

tia (n) *disseminaretur. Post haec rogavit Beatissimus Petrus Iustinum presbyterum & Beatum Romulum, ut duobus ministris, Marchitiano videlicet & Karissimo secum assumptis, Sutriae civitati verbum Dei praedicarent, & credentes quosque in nomine Domini nostri Iesu Christi baptizarent.*

Egressi vero milites Christi de Urbe Roma, Iustinus scilicet, & Romulus, Marchitianus & Karissimus (o), *venerunt per viam, quae ducit ad civitatem, quae vocatur Necpina* (p). *Ut autem portae civitatis appropinquabant, audierunt pueros parvulos inter se de Iustiniano ibidem Episcopo* (q), *loquentes, quomodo verbum Dei quotidie per civitatem praedicaret, & in nomine Domini credentes baptizaret. Tunc Iustinus & socii eius ante portam super lapidem sederunt, & quomodo civitas vocaretur eosdem pueros interrogaverunt. Responderunt iuvenes quod civitas Necpina* (r) *vo-*

(n) Romanum sapit haec Phrasis an Soldanianum? A.

(o) S. Antoninus Florentinus Antistes adnotante Florentinio solum Iustinum memorat, de sociis vero nihil habet. F.

(p) Florentinius edidit, *quae vocatur Necpenam:* & notat solius Sutrii mentionem fieri apud D. Antoninum. F.

(q) Soldanius particulam *de* omisit. F.

(r) Florentinius edidit *Neepina*. F.

Audiens haec Pergamus proiecit se ad pedes Iustini presbyteri dicens: Per Christum te coniuro, baptiza me, ut particeps fieri merear illius vitae. Baptizavit igitur Iustinus presbyter Pergamum, & cum eo promiscui sexus in domo sua homines quinquaginta.

VIII. Cum autem in eadem civitate commorarentur, venit ad Iustinum presbyterum vidua quaedam, nomine Caristia; & proiecit se ad pedes eius, cum lacrymis dicens: veni Domine ad domum ancillae tuae, & impone manum tuam filiae meae, quae officio linguae privata est iam longo tempore, & si restitueris eam sanitati credam Deo tuo: atque de meis facultatibus quicquid tibi placuerit, ordinabo. Hac voce supplicantis viduae Iustinus presbyter inclinatus, misit cum ea Romulum, monens, ut in nomine Christi restitueret aegrotanti puellae usum loquendi. Qui statim ut ad domum illius accessit flectens genua sua, oravit ad Dominum, & dixit: Domine Iesu Christe, qui me per Apostolum tuum Petrum ad agnitionem veritatis venire fecisti, aperi os huius puellae, ut in restauratione suae salutis cognoscat te creatorem suum: magnificet nomen Sanctum tuum in secula seculo-

rum.

vocaretur. Sancti viri dixerunt: Quem Deum colitis? At illi responderunt: Alii Christum adorant, alii penitus ignorant. Interrogaverunt autem & iuvenes Beatum Iustinum, & socios eorum. Si Iustinianus illorum Episcopus in nomine Dei sui urbem illam subvertere potuisset (a). *At illi responderunt: Dominus Iustiniani Episcopi potest destruere civitatem hanc, & omnem exercitum eius cum ipsa, ita ut nomen eius non memoretur amplius* (b). *Ingressi autem Iustinus & socii eius civitatem ad domum Iustiniani Episcopi pervenientes dixerunt ei: Pater Iustiniane refectionem* (c) *nobis praepara in hac nocte. Respondit eis & dixit: Quem Dominum colitis? At illi dixerunt: Qui fecit Coelum & terram,* (d) *in quem credit & Beatissimus Petrus Apostolus. At ille gaudens recepit eos, & manserunt cum eo nocte illa.*

Altera autem die Iustinus, & Beatus Romulus, sociique eorum ad civitatem Sutrinam pervenientes, domum Pergami ingressi sunt. Dixit autem Pergamus ad Beatum Romulum: Dic mihi, iuvenis, de qua ci-

(a) Vere opportuna interrogatio! F.
(b) Ex Hieremia cap. 11. v. 19. A.
(c) Monasticum sapit & Anachoreticum. F.
(d) Quid antea interrogantes non dixerant: *Adiutorium nostrum in nomine Domini?* A.

rum. Haec eo dicente continuo enodatum est vinculum, quo constrictum erat os puellae: & incipiens plano sermone loqui, asserebat, quod verus esset Deus, quem praedicaret servus eius Romulus, & socii ipsius. Pagani vero viso tanto miraculo, abrenuntiantes idolis, crediderunt in Dominum Iesum Christum, & baptizati sunt una cum Caristia, & filia eius.

IX. Interea ducti zelo quidam de primoribus civitatis, accusaverunt servos Dei apud (a)Ducem regionis illius, qui erat subregulus Neronis Imperatoris: cuius animum exasperantes adversus illos diversis suggestionibus, eiecerunt eos tandem ex finibus eius, interminantes, quod carnes eorum variis tormentis laniarent, si deinceps eos intra moenia suae urbis reperirent. Regredientes igitur ad urbem Romam Iustinus, & socii eius postquam co-

(a) Numquid Duces in Provincias mittere ad earum regimen solitus est Nero? Quid vox illa subregulus? Caesares Imperatores dici volebant, non Reges: hinc Iulius Caesar, a quo coepit imperium, Dictator est factus, non Rex, quod nomen invisum Romanis erat quam quod maxime. A.

vitate estis? Respondit B. Romulus & (e) dixit: De urbe Roma vestrae salutis causa huc venimus. Et dixit Pergamus: Quem Dominum adoratis? Beatus Romulus respondit coeli & terrae creatorem adoramus, & qui sui Spiritus nobis dona concessit, & vitam aeternam promisit absque ulla formidine praedicamus. In quem si credideris aeternae vitae particeps esse valebis. Et dixit Pergamus: Et est vita praeter istam? Respondit Iustinus presbyter: Si altera vita non esset hanc perdere velle stultum omninò fuisset. Est autem vita immortalis ubi nullus dolor, nullus labor, nullumqne penitus invenitur fastidium (f). *Quae cum tanta e gaudium beatitudinis in se habeat* (g), *oportet ut hanc miseram & caducam, quae omnibus casibus subiacet amittamus, ut ad eam, in qua immortalitas regnat, Angelorum assiduè organa resonant, cuius inhabitatores de sola conditoris visione gratuita, satietate replentur, toto desiderio properemus.* (h) *Respondit Pergamus & dixit: Praesentis, & mihi bene cognitae commoda vitae,*

(e) Soldanius particulam & praeterit. F.
(f) In Cod. legitur *fastigium* librarii oscitantia. F.
(g) Soldanins perperam edidit *habeatur*, A.
(h) Quae sequuntur usque ad Baptismum Pergami pag. 257. non sunt in Actis Bodecensibus, addidit Paraphrastes. F.

commorati sunt in Sutrina civitate centum quadraginta diebus, retulerunt per ordinem Apostolo Petro omnia, quae circa eos divina gratia ostenderat in praedicatione sua: qui cum audisset, quam multi recepissent fidem Domini nostri Iesu Christi, laudes, & gratiarum actiones egit divinae pietati, & post haec dixit ad illos: Iam multum temporis est, quo duos ex discipulis meis Carissimum, & Dulcissimum (*a*) ad civitatem Antoniam (*b*) di-

(*a*) Videntur mihi horumce Actorum defensores, vel ipsis Carissimo & Dulcissimo longe dulciores & suaviores. Scilicet cum Florentiae essem non unum Soldanium, sed nonnullos etiam alios pro eo elatrare comperi, praecipue vero Dominicanum quemdam Fratrem Dominicum Sandrinium, quemdam Iustum Venturinium, demum *Ant. Franc. Gorium* qui postquam Acta huiusmodi admittere non est veritus *Tom. 2. Inscript. Etrur.*, deinde etiam, melius ab eruditioribus edoctus, substinere non erubescit, ea acrisia, quae in omnibus eius lucubrationibus, certe eruditis, sed minus criticis, elucet atque eminet, & quam merito *L. Sectanus* perstrinxit, doctissimus *Oliverius* demonstravit, Eruditus quisque deridet. Utinam & cacoethes haud insit. P. R.

(*b*) *Antonia vox recentior pro Volaterrana Civitate, post seculum decimum adinventa*: aiunt Bollan-

tae, (h) *per Dei vestri potentiam ostendite*, *ut eam*, *de qua dicitis*, & *quam penitus ignoro*, *possim credere*. *Ad hanc vocem Iustinus presbyter* & *Beatiss. Romulus Domino se prostraverunt*, & *preces pro incredulitate* (i) *viri simpliciter fuderunt*. *Exaudivit autem Dominus voces eorum*; & *tunica*, *qua Pergamus erat indutus*, *in regiam vestem mutata est*, *baculusque*, *quem manu tenebat*, *aureum splendorem recepit*. *Tunc Iustinus presbyter Deo omnipotenti gratias agens*, *dixit Beato Romulo*: *Romule frater*; *vade*, & *manum super vas*, *quod aqua plenum astat*, *in nomine Domini pone*, & *in gemmarum candorem converte*. *Elevatis ergo oculis ad Coelum B. Romulus dixit*: *Domine*, *qui me per Apostolum tuum Petrum ad agnitionem tui nominis fecisti venire*, *exaudire me digneris*, & *huius vasis aquas* (k) *in gemmas converte* (l). *Quod mox omnipotens Deus servo suo contulit*, & *se puro corde invocantibus semper adesse mira-*

culi

(h) Soldanius oscitanter edidit: *Presentis*, & *mihi bene cognite commodavi te*. F.

(i) Soldanius *per incredulitatem* edidit. F.

(k) Soldanius edidit: & *huius vasi aqua*. F.

(l) Acta edita a Florentinio non habent haec verba *elevatis ergo* &c. usque ad haec: *in gemmas converte*. F.

(a) (b) direxi, ut corda hominum, inibi habitantium, pabulo vitae reficerent, eosque ad fidem Christi, quantum ipso largiente praevalerent, converterent; de quorum praedicatione, quoniam ex quo eos illuc destinavi, nihil certius cognovi, volo te frater Romule, cum commilitonibus

---

landiani, quod quidem verum est, ut nihil supra: quamvis demus Bollandianis in *Proleg. ad Acta SS. Iusti & Clementis* vocem *Antonia*, vocis Othoniae corruptionem non esse, ut visa est Augustino Fortunio in Vita eorumdem SS. Iusti & Clementis. Qui nam ergo Romulus saeculo primo ad urbem Antoniam venit? dictum id fortasse κατὰ πρόληψιν. Certe apud Fabulatores haec nominum anticipatio non infrequens est. A.

(a) Antonia, vox recentior, pro Volaterrana civitate, post seculum decimum adinventa. B.

(b) Quaenam est ista civitas *Antonia*? Num Soldanius, qui in Genealogiis consultissimum esse se putat, invenit umquam in historia Romana *Antoniam* pro Volaterris positam? Antoniae nomen Volaterris impositum non inveniet nisi sequiori tempore, scilicet post decimum seculum. Igitur haec Acta post decimum seculum ab impostore scripta esse liquido adparet. Credit ne hoc Pater Soldanius, vel milesias putat? M.

culi (m) *ostensione declaravit. Visis his signis Pergamus credidit* (n) *Deo, & baptizatus est cum omni domo sua, animae promiscui sexus quasi quinquaginta. Tunc Iustinus presbyter, & B. Romulus per totam civitatem verbum Dei incessanter praedicabant, & credentes quosque in nomine Domini baptizabant, manentes ibidem centum quadraginta diebus.* (o)

Erat autem in civitate Sutria vidua quaedam nomine Karistia, quae unicam habebat filiam, oris officio privatam (p)*; haec cum lacrimis pedibus Sanctorum prostrata, ut sui misererentur* (q)*, rogavit, promittens si filiae linguae officium precibus Christo libatis* (r) *restituerent ipsum Deum confiteretur, & adoraret. Misit ergo Iustinus presbyter Beatum Romulum ad domum Caristiae, ut filiam ipsius sa-*

(m) Florentinius edidit *mira ostensione*. F.

(n) Soldanius habet *credit*, sed Florentinius *credidit*. F.

(o) Nihil horum habet S. Antoninus teste Florentinio. F.

(p) Papae! Bella phrasis! Utinam de ineptis horumce apocryphorum Actorum defensoribus vere posset usurpari. Apud Gymnosophistas si quis perperam semel dixisset, aeterno silentio, mulctabatur. Pater Soldanius, oris officio in aeternum privabatur. A.

(q) Soldanius edidit *miseretur*. F.

(r) Quo poculo? A.

bus tuis Marchitiano *(a) (b)*, & Crescentio dirigere Fesulam, ut & ipse praedices Evangelium regni Dei: & in praefata civitate diligenter inquiras, quomodo se habeant fratres nostri.

X. Legationis huius officium libenter suscipiens Beatus Romulus, per impositionem manuum Beati Petri Episcopus est con-

(*a*) Marchitiano? Ah-ah-ah fabulae, garrilogi. Quid de Victimo, quid de Caristia, quid de Vienna, & Nimiore, quae nomina passim occurrunt: quid de reliquis horum similibus? saltem Comicus hic Poeta noster Personas in scenam produxisset Romano nomine:

Ficta voluptatis caussa sint proxima veris.

inquit ille. Neque enim hic repeto aut Argoltum Romuli avuum, aut Rogothum &c. quae omnia

Nomina sunt ipso pene timenda sono. A.

(*b*) *Marchitianus?* Cur non *Marchigianus*? Sunt ne haec nomina Romana, vel cum *Argolto*, & *Lucerna* & *Arculto* conveniunt? M.

(a) *sanitati restitueret. Beatissimus vero Romulus ad domum perveniens, flexis genibus oravit ad Dominum dicens: Exaudi, mitissime Deus, me indignum servum tuum* (b), *& aperi os huius puellae, ut te suae salutis auctorem cognoscens, verum Deum confiteatur* (c), *& nomen tuum sanctum magnificet* (d) *in saecula saeculorum. Cumque illi, qui aderant, respondissent, Amen; continuo enodatum est vinculum linguae eius, & loqui plano sermone incipiens, asserebat quod ipse est verus Deus* (e) *quem praedicat B. Romulus & socii eius* (f). *Quidam verò paganorum viso tanto miraculo, abrenuntiantes Idolis crediderunt in Dominum Iesum Christum, & baptizati sunt. Karistia autem, & filia eius cum tota domo sua renatae crediderunt, & dimidium omnis suae facultatis pauperibus & egenis erogaverunt. Reversus ergo B. Romulus nuntiavit Iustino Presbytero, quae Dominus er-*

(a) Soldanius habet *suam*, sed Florentinius *ipsius*. F.

(b) Soldanius habet *famulum*, sed Florentinius *servum*. F.

(c) Ex Breviario Romano. A.

(d) Soldanius habet *semper magnificetur*: sed Florentinius *Sanctum magnificet*. F.

(e) Praetermisit Soldanius verbum *Deus*. F.

(f) S. Antoninus tantummodo habet mutam filiam Romulum sanavisse. F.

(a) consecratus (b); statimque cum duobus adiutoribus suis iter aggressus est: cumque pervenissent ad urbem, quae dicitur Antonia, & appropinquarent portae civitatis, obvium habuerunt iuvenem quemdam, quem interrogantes, dixerunt. Dic nobis, o bone Iuvenis, si praedicator nominis Christi aliquis, verbum vitae praedicaverit in partibus istis. Ad haec ille: venerunt, inquit, ad urbem duo viri, aetate quidem floridi, sed sapientia magni; quo-

(a) Romulus ergo sub Nerone nascitur, & a Divo Petro, qui ad summum tertio decimo Neronis anno passus est, creatur Episcopus: Ergo ad summum tredecim annorum, atque eo minor, Romulus factus Episcopus, & ad praedicandum Evangelium missus. O rem splene Democriteo deridendam! A.

(b) Divus Romulus exultat ut Gygas ad currendam viam. Nam tempore Divi Petri natus est, ablactatur a Lupa, captatur retibus. A Divo Petro baptizatur, confirmatur, & Iustini Presbyteri disciplinae traditur. A Divo Petro in Episcopum consecratur, in Apostolatum mittitur, & miracula perpetrat quamplurima. Numquid Divus Petrus plusquam quinquaginta annos in Pontificatu sedit? An potius D. Romulus decimum, vel duodecimum annum agens in Episcopum est creatus? Quid respondet Soldanius? M.

erga Karistiam, & filiam eius operatus est. Rogatus(g)*autem quidam subregulus Neronis, & Dux civitatis coepit cogitare, ut Sanctos Dei de urbe expelleret. Convocatis igitur paganis Sutriae civitatis, beatissimos viros extra urbis moenia expulit, Interminans quod si unquam ad eam essent reversi, carnes eorum ungulis lacerarentur, & post diuturnam poenam, capite plecterentur. Presbyter autem Iustinus prostratus in terra, cordis cum magna* (h) *contrictione hanc orationem fudit ad Dominum: Domine Deus, fortitudo mea, vita, salus, spes, atque omnium* (i) *refectio in te sperantium, libera nos a persecutoribus nostris: & a tormentis eorum. Deus invisibilis & immortalis exaudire nos digneris, & homines, diabolica fraude deceptos, ad te propitiatus converte,* (k) *ut te universitatis Deum cognoscant,* (l) *sicut & nos.*

Egressi igitur de civitate Sutria Beatiss.

R Ro-

(g) Ita & Soldanius sed Florentinius habet *Rogothus*, & Cod Bibl. Laurent. Plut. 27. n.1. de quo inferius. F.

(h) Soldanius: *in terra cum magna contrictione*. F.

(i) Soldanius non habet: *omnium* sed habet Florentinius. F.

(k) Ex Breviario Romano. A.

(l) Soldanius edidit: *converte, universi te Dominum cognoscant*. Florentinius bene edidit, ut hic. F.

quorum praedicatione commoti cives nostri, graviter virgis caesos civitate expulerunt. Audivimus autem quam latebram foveant, in latere prope positi montis. Audiens haec Beatus Romulus celeriter cum sociis suis ad ostensum montem properabat: & inveniens ibi Confessores Christi Carissimum, & Dulcissimum verbis pacificis salutavit: quibus inter oscula, & mutuos amplexus denuntians caussas itineris sui, reduxit eos secum ad civitatem, & ingressi sunt domum cuiusdam hominis, qui vocabatur Victimus (a); apud quem cum morarentur aliquot diebus, filius illius in gravissimam incidit aegritudinem, ita ut & mater, & omnes affines eius lugubres voces ineffabiliter emittentes, nocte, & die plangerent super eum; quorum lamentationibus condolens Beatus Romulus, dixit ad patrem illius; si credideris, o Victime, in Dominum Iesum Christum, ipse potens est sa-

(a) Nomina *Carissimi*, *Dulcissimi*, *Victimi*, & *Antoniae* sunt ejusdem farinae, & mirabiliter cum *Argulto* & *Arculto* convenire videntur. M.

Romulus & socii eius, Romam (m) *reversi, nuntiaverunt Beato Petro Apostolo sui eventum certaminis, & perfidae scelus civitatis. Pergami quoque conversionem, & Karistiae per filiam, nobilissimam fidem* (n), *& in utrisque miraculorum divinitus declarationem. Beatissimus Petrus audito eorum fructu laboris, omnipotenti Deo gratias egit, & ad Beatum Romulum conversus dixit: Eo tempore, quo Dominus meus Iesus Christus huic me civitati praedicatorem direxit, duos mihi dilectos discipulos, Crescentium videlicet & Dulcissimum, Antoniam* (o) *transmisi, ut coelestis pabulo alimenti,* (p) *veternosi serpentis inde superstitionem auferentes, corda hominum reficerent, & in quantum Domino annuente praevalerent, ab Idolorum cultura converterent. De quorum certamine seu conversatione quia nibil postea agnovi, volo, Romule carissime fili, ut Fe-*

(m) Soldanius τὸ *Romam* praetermisit, sed Florentinius habet. F.

(n) Soldanius edidit: *Caristiae . . . . . filiae nobilissimam fidem* Florentinius *pro filia*. F.

(o) Florentinius edidit *Antonianam* sed inferius & ipse habet *Antoniam*. F.

(p) Soldanius edidit *coelesti pabulo alimento*. F.

ſanare filium tuum. Vix ſervus Domini verba complerat, & ecce Victimus proſtratus pedibus eius, promiſit ſe Idolis abrenuntiaturum, ſi qualicumque modo ſanum potuiſſet habere filium ſuum. Tunc orationem adfudit ad Dominum Beatus Romulus, dicens: Domine Ieſu Chriſte in cuius nomine magiſter meus Petrus plurimas virtutes operatur, iube ſanari hominem iſtum, ut cognoſcat te verum Dominum, liberatorem animarum, & corporum. Haec dicens, poſuit manum ſuper corpus infirmi, & illico ſurrexit ac ſi nihil unquam mali paſſus fuiſſet. Quo viſo pater, & mater cum magna devotione crediderunt Domino, & baptizati ſunt eadem hora cum omni familia ſua.

XI. Cum igitur manſiſſet in eadem civitate multis diebus Sanctus Romulus, & ab idolorum cultura animas multorum per conſtantiam praedicationis, & efficaciam virtutum revocaſſet, cognoſcens, quod Pagani, qui Feſulae morabantur, tam ſaevis moribus eſſent, ut nullius praedicationibus aſſenſum praeberent; elegit magis ad alia loca praedicando tranſmigrare, quam ſemina verbi Dei ſuper ſentes incaſſum ſerere; adripienſque iter, venit cum ſociis ſuis ad urbem Brixianam, in qua filium cuiuſdam vi-

duae

Fesolam (q) *civitatem, ab antiquo hoste* (r) *obsessam, praedicationis causa adeas. Et per Antoniam iter dirigens, quid de praedictis fratribus agatur, cognoscas. Et ne huius obedientiae mole graveris, Marchitianum, & Carissimum, tui socios adiungo laboris. Quod ille humiliter suscipiens, quae Magister praeceperat, iuxta virium se possibilitatem completurum promisit. Beatus verò Petrus manum Sancto imponens Romulo, Pontificatus illi* (s) *honorem tribuit, & in haec verba benedixit: Dominus meus Iesus Christus, in cuius nomine te dirigo, mittat Angelum suum de Coelis,* (*) *qui iter tuum custodiat, & faciat de infidelibus per praedicationem tuam fideles, ut relicto Idolorum errore, suae auctorem salutis cognoscant Dominum Iesum Christum.*

Igitur Beatus Romulus iter una cum Marchitiano & Karissimo, arripiens, verbum Dei constanter ubique praedicans, ad ur-

(q) Florentinius edidit: *Fesulam civitatem*. F.

(r) Soldanius edidit: *Romule Fili, ut Fesolanam civitatem ab antiquo obsessam &c.* Florentinius bene edidit, ut hic est. F.

(s) Cod. Archivi & Florentinius habent *sibi* sed melius *illi* ut edidit Soldanius. F.

(*) Ex Breviario Romano. A.

duae suscitavit, atque multos ad Dominum convertens, a faucibus antiqui hostis eripuit. Post haec, veniens Pergamum, moratus est ibi annum, & dimidium, ubi cum duos mortuos suscitasset B. Romulus, & multas alias virtutes fecisset; multi crediderunt in Dominum.



CA-

urbem pervenit Antoniam (a). *Cumque portae civitatis appropinquaret, iuvenem quemdam obvium habuit, quem quomodo civitas vocaretur inquisivit. Qui respondit: urbs Antonia vocatur: haecque, & Fesola* (b), *ante omnes Tusciae civitates constructae narrantur* (c) (d). *Vos vero unde estis, aut quem Dominum colitis? Beatus Romulus respondit: de urbe Roma venimus, & nomen Domini nostri Iesu Christi, cuius servi sumus, gentibus ubique, ut ab Idolorum cultura discedant, praedicamus. Dic ergo, obsecro, huius si umquam nominis praedicator aut doctor in hac urbe apparuit. Tunc iuvenis, venerunt ad nos, inquit, quondam duo iuvenes, aetate floridi, sapientia magni, cumque Christum, qui a Iudaeis crucifixus est, praedicare coepissent, a civibus comprehensi, graviterque virgis caesi, e civitate expulsi sunt; audivimus autem quod in latere montis latitantes, Deo suo studiose deserviant.*

(a) Haec Acta ponunt Antoniam Civitatem pro Volaterrana & similia, quae exhibent opus post millesimum exaratum. *Sandrinius*.

(b) Soldanius edidit. *Haec quae & Fesola*. Florentinius habet *Fesula*. F.

(c) Soldanius edidit *constructa narratur*. F.

(d) Faesulanus certe, aut Volaterranus fuit horumce Actorum auctor. F.

viant. Hoc audiens Beatus Romulus, cum Marchitiano & Carissimo celeriter ad latebram monstrati montis pergens, invenit Crescentium, & Dulcissimum in secretis montis illius antris cotidianis vigiliis, ieiuniis, & orationibus corpora sua macerantes. Quos cum vidisset Beatus Romulus gaudens, salutavit, ac deinde sibi invicem oscula dederunt. Auditis autem Crescentius & Dulcissimus causis itineris Beati Romuli, sociorumque eius, & quomodo a Beato Petro Apostolo essent directi, laetantes iunxerunt se ipsis. Post haec Sancti viri civitatem constanter ingressi venerunt ad domum Victimi cuiusdam in ea potentis viri (e). *Victimus autem plangebat filium suum, diri languoris morbo vexatum. Vicini vero eius & affines voces pro eo emittebant lugubres. Videns autem B. Rom. multitudinem flentium, misericordia motus* (f), *dixit ad Victimum: Noli flere, non morietur filius tuus; sed si in Deum meum credideris pristinae illum sanitati cito redditum gaudebis. Tunc Victimus, pedibus Beati Romuli prostratus, promisit, ut si filium suum a lan-*

(e) Soldanius edidit: *in ea potentius viri*. F.
(f) Soldanius edidit; *Videns ergo B. Rom. multitudinem flentem, miseria motus*. F.

anguore curaret, Idola desereret, & in Dominum Iesum Christum cum tota familia sua crederet. Beatus itaque Romulus precibus ad Dominum fusis, manum puero imposuit, & sanum & incolumem in conspectu omnium reddidit. Tunc Victimus cum uxore & filio totaque familia sua credidit Christo, & baptizatus est, gratias agens Deo & Beato Romulo. Omnes vero, qui aderant (g) *admirati sunt, & dixerunt: Iste homo aut Propheta, aut amicus Dei est. Mansit autem Beatus Romulus & socii eius in civitate Antonia multis diebus, perplures ibidem ab Idolorum cultura convertens per constantiam praedicationis, & per efficaciam virtutis. Audiens autem, quod habitatores Fesolae urbis crudeles essent & impii, nulliusque unquam praedicationi assensum praeberent, elegit magis ad alia loca* (h) *praedicationis studio transmigrare, quam semina divini verbi ibidem super sentes incassum serere. Iter ergo cum sociis arripiens, ad Brixianam urbem devenit* (i) (k), *in qua filium cuiusdam*

(g) Soldanius edidit: *audierant*. F.
(h) Soldanius edidit: *magis ad aliam praedicationis studio*. F.
(i) Soldanius edidit: *Iter ergo cum sociis arripuit, ad Brixianam urbem devenit*. F.
(*k*) Nota iter. F.

CAPUT III.

Angeli monitu tendit Faesulas, inde eiicitur fustibus caesus: denuo ingressus mittitur in carcerem, & martyrium subit cum sociis suis.

DEinde cum deliberaret apud se, velle ibi ad agonem certaminis accedere, & cum palma martyrii ad Dominum transire, & non ultra iam ad alia loca praedicando transmigrare; ecce Angelus Domini in somnis eum vehementer increpavit, praeceptumque magistri, licet invitum, perficere coegit. In ipso autem noctis medio a somno exsurgens, vocavit suos socios, illisque visionem, & Angeli increpationem retulit; nec moram ibi facientes, ductore Angelo, Fesularum venerunt ad urbem. Cumque civitati appropinquarent, Beatus Romulus prostratus ad orationem, dixit: Deus creator coeli, & terrae, mitte cognitionem nominis tui hominibus civitatis istius, ut relicto infidelitatis errore, convertantur ad Dominum nostrum Iesum Christum. Respondentes autem socii eius, dixerunt, Amen.

dam viduae resuscitavit, atque multos ad Dominum nostrum Iesum Christum a faucibus antiqui hostis ereptos convertit. Post haec veniens Bergomum (a) (b), *moratus est ibi anno & dimidio. Ubi cum duos mortuos reduci vitae restitueret, plurimasque virtutes in nomine Iesu Christi perpetraret, plures crediderunt in Dominum Iesum Christum. Deinde cum apud se deliberaret ibidem ad agonem certaminis accedere, nec ultra iam ad alia loca transmigrare, ecce Angelus Domini in somnis vehementer eum increpavit, praeceptumque Magistri perficere admonuit. Expergefactus autem a somno socios convocavit, & visionis seriem per ordinem retulit. Nec moram ibi facientes, ductore Angelo, quem in somnis Beatus Romulus habuerat hortatorem, Fesolam venerunt ad urbem. Cumque civitati appropinquarent Sanctus Romulus in terram prostratus, his verbis orationem fudit ad Dominum; Deus creator Coeli & Terrae mitte cognitionem nominis tui in civitatem hanc, ut relicto infidelitatis errore, convertantur ad Dominum Iesum Christum filium tuum. Responderunt socii eius, & dixerunt: Amen. Tunc Civitatem ingressi*

(a) Soldanius edidit *Pergamum*. F.
(b) Soldanius edidit *Pergamum*; Genealogistam nimirum agit non Geographum. P. R.

XIII. *(a)* Stabat autem ſuper muros civitatis puella, quae audita oratione Romuli, accurrit ad patrem ſuum dicens; Ante portam civitatis accedere audivi homines orantes in coelum, quorum ſermonem ignoro *(b)*; ſcio tamen quia digni ſunt intromitti in civitatem. Mitte ergo, & induc eos in domum tuam. Tunc Beatus Romulus ac ſocii eius ingreſſi civitatem pervenerunt ad domum Adriani, qui erat pater praedictae puellae, & cum honore recepti ſunt ab eo. Dixit autem puella, filia Adriani, iſtum hominem vidi ante portas civitatis orantem: & dicit ei pater puellae, quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Romulus. Unde, ait, venis? De Roma venio, inquit, cum ſociis meis, volentes vobis viam veritatis oſten-

---

(a) Quid puella haec ſola in muris agit? numquid in ſpeculis fuiſſe credemus? ſed unde dignos, qui recipiantur in domum Patris, eos putat advenas, quos tum primum viderat, quorum nomina ignorat, orationem non intelligit? Dicat Soldanius.
. . . *& erit mihi magnus Apollo*. P. R.

(b) Num Romulus Latine non loquebatur? Num Feſulani tunc non Latino, ſed Etruſco adhuc ſermone utebantur? Conſulendus eſt *Gorius*. P. R.

si venerunt ad domum Adriani, cuiusdam opulenti (a) *viri, qui dixit ad B. Rom. Quomodo iuvenis vocaris aut quid quaeris* (b)? *Et ille respondit: Romulus dicor. De urbe autem Roma cum Sociis & confratribus* (c) *egressus huc veni, ut viam vobis veritatis ostenderem, quatenus Idolorum culturae superstitionem relinquentes, Creatorem vestrum colatis & adoretis. Respondit Adrianus, & dixit: Venerunt quondam ad nos duo Iuvenes ab Urbe Roma, Nomen Christi, qui a Iudaeis crucifixus est, praedicantes* (d), *quorum unus vocabatur Marchitianus, alter vero Crescentius. Quos nostri cives comprehendentes gravissimisque suppliciis afficientes semineces* (e) *ab urbe expulerunt. Marchitianus & Crescentius hoc audientes rei quidem veritatem in se expertam cognoscebant, sed huiusmodi se supplicia pro Deo perpessos prodere* (*) *renuebant. Dixit autem Adrianus ad B. Romulum: Quae est virtus Dei tui? Respondit B. Romulus: Vir-*

(a) Soldanius edidit *Opitulentis*. F.

(b) Haec verba: *aut quid quaeris*, apud Soldanium desiderantur. F.

(c) Soldanius edidit: *& Fratribus*. F.

(d) Soldanius edidit: *praedicando*. F.

(e) Soldanius edidit: *Quos cives comprehendentes gravissimisque suppliciis affligentes Sanctos Iuvenes ab urbe expulerunt*. F.

(*) Soldanius habet: *perdere*. F.

ostendere: ut idolorum culturam relinquatis, & Creatorem vestrum Dominum nostrum Iesum Christum, qui a Iudaeis crucifixus est, colatis & adoretis. Dicit ei Adrianus: venerunt ad nos etiam duo iuvenes ab urbe Roma, nomen Christi praedicantes, quorum alter Marchitianus *(a)* *(b)*, & alter Crescentius dicitur;

(a) Quomodo Marchitianus atque Crescentius pervenerunt Faesulas ante Romulum, qui illos sibi Romae adlegerat laborum socios, secumque duxerat Volaterras? An igitur illos etiam secum perduxit Brixiam, & Bergomum? Non putem. Acta num. 11. tantum dicunt, quod Romulus a Volaterris *arripiens iter venit cum sociis suis ad urbem Brixianam:* & num. 12. existens Bergomi, vocavit *socios suos* atque ivit Faesulas ductore Angelo. Rursum num. 13. Interrogatus Faesulis ab hospite suo, unde veniret; respondit *de Roma venio cum sociis meis* ad praedicandum vobis Christum. Tum hospes ait. *Venerunt ad nos etiam duo iuvenes ab urbe Roma nomen Christi praedicantes, quorum alter Marchitianus, & alter Crescentius dicitur, quos nostri cives comprehendentes, gravissimis suppliciis affectos, ab urbe expulerunt. Ego vero suscepi eos in domum meam & curam eorum habui.* Hinc colligas Ro-

Virtus Dei mei est talis, quod invocato eius nomine mortuos suscitamus, Leprosos mundamus, Daemonia ex obsessis corporibus eiicimus, virtutesque plurimas operamur (f). *In quem si credere volueris praedictorum signorum potentiam consequeris, & aeternae vitae gaudia in aeternum possidebis. Tunc Adrianus auditis sermonibus B. Romuli dixit* (g): *Nunc vere cognosco, quod Angelus Domini per os tuum loquitur. Nec mora, Adrianus Idola deserens pedibus Beati Romuli advolutus, rogabat ut eum Sacri unda baptismatis perfunderet, & instruens eum Beatus Romulus omnem fidei regulam, baptizavit cum Uxore, & Filiis, & omni domo sua. Ipsa vero die per praedicationem San-*

(f) Soldanius habet *operamus*.

(g) Soldanius edidit: *Tunc auditis sermonibus, Adrianus dixit ad B. Romulum*. Porro hic finem habent Acta Apocrypha S. Romuli in Cod. Archivi Aedilium Maioris Templi Florentini, quod desiderentur reliquae paginae, ipsius etiam Codicis complementum. Verum in Cod. Stroziano nihil deest, licet hic, quae supersunt, proferantur prout exstant in Actis principio decurtatis, quae exhibet Cod. Bibl. Laurentianae Plut. 27. n. 1 iste enim duodecimi saeculi codex est, & idcirco longe antiquior illo Stroziano, qui quadringentorum annorum aetatem vix praeseferre videtur. F.

tur; quos nostri cives comprehendentes, gravissimis suppliciis affectos ab urbe expulerunt. Ego vero suscepi eos in domum meam, & curam eorum habui. Marchitianus *(c)* autem, & Crescentius hoc audientes gaudebant quidem de adventu Sanctorum; sed verecundati sunt prodere suas passiones, quas sine fructu aliorum sustinuerant. Peracta igitur susceptione, & agnitione mutua, consolabatur eos Beatus Romulus & confortabat in Christo.

XIV. His ita gestis, videns Adrianus devotionem & fidem Sanctorum, dixit ad Romulum: Quae est virtus Dei tui? Ro-

---

Romulum Volaterris discedentem, duxisse quidem socios suos Brixiam, Bergomum, & Faesulas, non tamen duxisse Marchitianum & Crescentium; quandoquidem hi ante illum eiusque socios, iam Faesulas pervenerant verberaque fuerant passi. Relicti ergo fuerint a Romulo Volaterris ad novellam illic Christianitatem porro excolendam; aut alio missi ad praedicandum: certe prius venerunt Faesulas, quam Romulus. B.

(a) Quam dissona sunt haec inter se, & discrepantia? Mendacem oportet esse memorem. M.

(b) Numquid erat ex Marchia Anconitana? Nugae Faesulanae, & Milesiae Soldanianae. M.

(c) *Marchitianus* est nomen ab impostore fictum; sed Marchitianus Aulus est, qui haec Acta tuetur, nugis & ineptiis scatentia. P. R.

Sanctorum multi crediderunt in Dominum Iesum (h). *Erat quidam Iuvenis in eadem Civitate nomine Celsus* (i), *qui a Daemonio acriter vexabatur; quod audiens B. Romulus, venit ad domum illius, Patremque & Matrem omnesque vicinos invenit pro Iuvene flentes, & dixit illis B. Romulus: quid fletis? si credideritis in Dominum Iesum* (k), *fletus vester in gaudium cito mutabitur. Accesserunt itaque Pater & Mater iuvenis, genibusque B. Romuli inhaerentes rogabant, ut Filium suum ab immundo Spiritu liberaret. Omnes quidem qui aderant constanter asserebant se in Christo credituros, si orationibus eius cernerent puerum a Daemonio liberatum, & conversus B. Rom. ad Socios, Marchitianum scilicet, & Karissimum, Crescentium, atque Dulcissimum dixit:* (l) *Oremus Fratres ad Dominum Iesum* (m), *ut Creaturam, quam suae voluit imagini esse consimilem, ab immundo Spiritu dignetur liberare, ut adstantes hoc viso miraculo credentes in eum supernae mereantur Ierusalem esse concives* (n). *Cumque ab oratione consurgeret*

S   *B. Ro-*

(h) Soldanius edidit: *Dominum verum*. F.
(i) Soldanius edidit: *Celus*. F.
(*k*) Soldanius edidit: *Dominum verum*. F.
(l) Soldanius edidit *dicens* & *Dulcissimi* nomen praeterit. F.
(m) Soldanius: *Verum*. F.
(n) Soldanius: *Cives*. F.

Respondit Romulus, virtus Dei mei talis est, qua invocato eius nomine, mortuos suscitamus, leprosos mundamus, daemonia eiicimus, & alias virtutes plurimas per Christum operamur; in quem si credere volueris, talium signorum potentiam consequeris, & aeternae vitae gaudia habere poteris. Tunc Hadrianus, auditis sermonibus beati Romuli, dixit: vere cognosco, quod Christus per os tuum loquatur. Nec mora, Hadrianus Idola deferens, ac beati Romuli pedibus advolutus, rogabat ut baptizari mereretur; Sanctus ergo Romulus instructum fide, baptizavit eum cum uxore & filiis, omnique domo sua. Multi etiam alii ipsa die per praedicationem eius crediderunt in Dominum Iesum Christum.

XV. Erat quidam iuvenis in eadem civitate, qui vocabatur Celsus, & a daemonio vexabatur. Audiens hoc Sanctus Romulus, venit ad domum eius, & invenit patrem, & matrem, omnes vicinos ac notos eius, flentes super eum; vidensque illum acerrime vexari, dixit parentibus eius; Quid fletis? Si credideritis in Dominum Iesum Christum fletus vester in gaudium convertetur. Accedentes itaque pater, & mater iuvenis, prostraverunt se ad pedes beati Romuli, o-

ran-

B. Romulus, manum puero imponens dixit: in nomine Iesu Christi praecipio tibi Daemon, ut exeas & recedas a puero hoc. Statim Daemone ululatum (a) *dirae vocis emittente Celsus sanitati est redditus. Omnes vero qui aderant Dei laudantes potentiam crediderunt in Iesum, animae promiscui sexus quasi nonaginta. Baptizatus est autem puer, qui a Daemonio fuerat liberatus, paterque illius & mater cum omni domo sua. Tunc Beatissimus Romulus per totam Civitatem sacri ordinis viros ordinavit, Ecclesias* (b) *construxit*(c)*, credentes quosque incessanter baptizavit* (d). *Iam enim numerus fidelium augebatur valde* (e). *Misit autem Repertianus provisor Civitatis*(f), *ut cives in unum convenirent. Quibus convocatis in auditu omnium dixit: Fratres & concives, advenae quidam nostrae moenia Civitatis ingressi populum nova secta*(*)*perturbant, & Christum, qui a Iudaeis crucifixus est, Dominum adfirmantes, ad Deorum nostrorum iniuriam provocant. Quos si ita dimittimus, varijs Urbem im-*

(a) Soldanius edidit: *ululatu*. F.
(b) Soldanius: *Ecclesiam*. F.
(c) Nota. F.
(d) Soldanius edidit: *credentes quosque incessanter praedicavit*. F.
(e) Deest apud Soldanium τὸ *valde*. F.
(f) Nota Magistratum. F.
(*) Soldanius edidit: *ingressi . . . . nova secta*. F.

rantes cum lachrymis, ut filium suum ab immundo spiritu liberaret. Omnes etiam, qui aderant, constanter asserebant se in Christum credituros, si orationibus ejus cernerent puerum a daemonio liberatum: & conversus beatus Romulus ad socios suos, Marchitianum videlicet, & Crescentium, Carissimum, atque Dulcissimum, dixit: Oremus fratres ad Dominum Iesum, ut creaturam suam, quam voluit suae imagini esse consimilem, ab immundo spiritu dignetur liberare; ut astantes viso hoc miraculo, credant in eum, & baptizentur; quos & faciat supernae civitatis esse concives. Cumque ab oratione surgerent, Beatus Romulus posuit manum suam super caput pueri, dicens: In nomine Domini IesuChristi praecipio tibi daemon, ut exeas ab homine isto: statimque ululatum dirae vocis emittens, reliquit puerum. Omnes vero qui aderant, Dei laudantes potentiam, crediderunt Domino Iesu Christo, quem praedicabat Beatus Romulus. Ipsa autem die baptizatus est puer, qui a daemonio fuerat liberatus, & pater, ac mater eius, aliique promiscui sexus numero quasi nonaginta.

XVI. Tunc Beatus Romulus coepit or-

implent erroribus. Tunc placuit omnibus ut de Civitate eiiceretur Beatus Romulus & Socii eius. Igitur Repertianus Sanctos Viros ad se adduci iussit, & Beato Romulo iracundia plenus dixit: aut Diis nostris incende libamina, aut de nostra Urbe una cum Sociis recedere festina. B. Romulus respondit, & dixit: neque Diis tuis libamina offero, nec oves (h) *quas mihi Dominus meus hic dedit derelinquo. Tunc Repertianus dixit Ministris: fustibus latera eorum tundite, & caesos extra Urbem eiicite. Ministri autem, ut eis imperatum fuerat, fecerunt, & verberibus nimium afflictos de Civitate expellentes, portas seris & vectibus ne amplius ingrederentur obstruxerunt* (i). *Beatus itaque Romulus & Socii eius Civitate egressi huiuscemodi preces ad Dominum fuderunt: Domine Iesu Christe Deus noster, qui per Angelum tuum recto nos itinere huc perduxisti, huius urbis infidelium corda mollifica, & ad te convertens ab Idolorum fac recedere cultura. Et manserunt extra Urbem die illa. Noctis autem silentio regressi, cum ad murum civitatis venirent, porta ad ingressum Sanctorum ultro aperta est: Ingressus igitur*

(h) Soldanius edidit: *omnes*. F.
(i) Ride si sapis. F.

ordinare clericos (a), per totam civitatem illam, qui & eos qui crediderunt, in fide confortarent, & incredulos viam veritatis reducere solicite curarent. Audiens interea Repertianus, (b) qui erat Comes (c) Fesulanae civitatis, quod Romulus cum sociis suis idolorum culturam destruerent, & novam quamdam sectam partibus illis induxissent: missis adparitoribus, praecepit eos adduci ad se. Cumque adducti fuissent, dixit Comes ad Beatum Romulum. Audivimus, te contra leges nostras agere; & ideo volumus, ut aut Diis iam in praesentia nostri libamina offeras, aut de hac urbe cum sociis tuis quantocius recedas: Ad hoc Sanctus Romulus respondit: Neque Diis tuis libamina hic offeram, neque oves, quas mihi Dominus meus hic dedit, derelinquam. Comes itaque super hoc sermone commotus, jus-

(a) Ex hac ordinatione sumsisse exordium antiquissimum Clerum Fesulanum facile Soldanius adseverabit. Risum teneatis amici! M.

(b) Num Marchitianus & Repertianus eiusdem regionis sunt; Nam plurimum inter se convenire haec nomina videntur. Euge mi Soldaniole! M.

(c) Comes hoc sensu nonnisi multo post usurpari coepit. A.

tur B. Romulus in domibus fidelium latuit, & verbi Dei semina cordibus audientium infudit. Erat Fesolae vidua quaedam nomine Vienna (i), unicum habens Filium in mortis vicinio (k) languoris pondere constitutum. Quae pedibus B. Romuli prostrata, rogavit ut sui misertus ad domum illius veniret, filiumque suum lacrimabili languore detentum sanaret. Venit itaque B. Romulus ad domum Viennae, aspiciensque languentem puerum, quomodo vocaretur inquisivit; responditque Vienna cum lacrimis, Nimior (l). Tunc B. Romulus manum languido (m) imponens dixit: Nimior, in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, surge & sta super pedes tuos. Statim Nimior surrexit, & sanitati redditus, Dominum & B. Romulum famulum eius (n) glorificavit. Et baptizata est Vienna cum Filio & domo eius tota, & ex civibus plures cum ea. Nuntiatum est autem Repertiano Romulum sociosque eius in Urbe esse reversos, & ira repletus iussit eos tribunalibus suis sisti: cumque adducti fuissent ante impiissimum

S 4 *Ro-*

(i) Proh nomen! F.
(k) Soldanius: *vicinia*. F.
(l) Nota nomen. F.
(m) Soldanius habet: *puero*. F.
(n) Soldanius edidit: *familia eius*. F.

iussit latera Sanctorum vehementer fustibus tundi; & ita caesos a moenibus civitatis expelli. Quod cum factum fuisset, Beatus Romulus hanc orationem fudit ad Dominum pro inimicis suis: Domine Iesu Christe, qui misisti ad me Angelum tuum, ut reduceret me ad urbem istam, inclina corda habitatorum eius ad te, & remitte eis iniuriam, quam servis intulerunt tuis.

XVII. Hac oratione completa, cum iam sol tenderet ad occasum, latenter ingressus est urbem cum sociis suis, & in domibus fidelium latitans, semina vitae cordibus audientium infundebat. Erat autem in eadem civitate femina quaedam nomine Vienna (*a*); quae veniens occulte ad Beatum Romulum, dixit ad eum; Rogo Domine, ut venias ad domum ancillae tuae, ut restituas sanitati filium meum, iam per multos dies gravi detentum infirmitate. Hac supplicantis voce motus Sanctus Romulus, venit ad domum Viennae, & aspiciens languentem puerum, nomine suo vocavit eum & dixit: Nimior

(*a*) Nomen potius Civitatis, quam feminae. M.

Repertianum, praecepit Carnificibus, ut in imo carceris (a) *eos retruderent, & colla manusque eorum catenis fortiter adligarent. Sancti igitur Martyres carcere inclusi, in hymnis Deo Omnipotenti grates retulerunt, & ut sibi adiutor esset in tribulationibus suppliciter rogaverunt. Media autem nocte Iuvenis quidam venit ad eos niveo indutus amictu dicens: Confortamini, & nolite timere. Illi autem obstupefacti dixerunt: quis es Domine? Ego sum: inquit, Iesus, pro cuius nomine, sustinetis supplicia, & carceris squallorem patimini. Agite igitur viriliter, & per martyrii palmam ad caelestia Regna properate. Ego vero non vos derelinquo, sed in omnibus adiutor ero. His dictis abscessit, & statim vincula de collo & de manibus eorum soluta sunt. Illi autem laudare & magnificare coeperunt Dominum, qui eos visitavit, & in angustiis confortavit. Completis autem aliquantis diebus, quibus nec manducantes neque bibentes, orationibus, vigiliis laudibusque insistebant, Repertianus dixit ad suos: eamus ad carcerem, & inimicos Deorum nostrorum, catenarum, famis* (b), *poenarumque atrocitatibus consumptos foras mortuos proiicia-*

mus

(a) Soldanius: *ut in ima eos retruderent*. F.
(b) Soldanius non habet: *Catenarum, famis*. F.

mior in nomine Domini surge, & sta super pedes tuos. Nec mora, surrexit puer & una cum matre sua baptizatus est. Plures etiam audito hoc miraculo crediderunt Domino, & baptizati sunt in domo Viennae cum omni familia ipsius.

XVIII. Ut autem nuntiatum est Repertiano Comiti; quod Romulus cum sociis suis reversus esset in urbem, ira repletus, iussit eos a carnificibus comprehensos fortiter alligari: & cum in ima carceris custodia detrusi fuissent beati milites Christi, circa mediam noctem iuvenis quidam, veniens ad eos niveo amictus indumento, ego sum inquit Iesus Christus, pro cuius nomine haec patimini: confortamini, & nolite timere, non enim vos deseram; sed ad coelestia regna per martyrium venire faciam. His dictis, disparuit, qui loquebatur: & statim soluta sunt omnia vincula, quibus constricti fuerant milites Christi. Completis post haec tribus diebus, dixit militibus suis Comes Repertianus: Eamus ad carcerem, & inimicos Deorum nostrorum, iam poenarum atrocitatibus consumptos, extra civitatem proiici faciamus. Cum igitur appropinquassent carceri, & audivissent voces psallentium ibidem; iratus (est) Comes vehementer ad-

ver-

nius (*). *Cumque euntes carcerem appropinquarent, ecce audierunt illos Psalmis & hymnis laudem Domino canentes. Tunc iratus Repertianus iussit Custodes carceris ad se venire, putans quod illi alimenta ipsis tribuerent, & vincula de collo manibusque eorum exsolvissent. Cumque in praesentia essent, dixit Repertianus: simili poena* (c) *vos interficiam, quia Deorum nostrorum inimicis vitae solatia contribuistis. Cumque mortis supplicia illis minaretur, dixerunt Custodes: Domine, venit quidam ad eos alba veste indutus, cuius facies Solis claritatem vincebat, qui eos consolatus est, ad cuius ingressum vincula soluta sunt & ostium carceris apertum est. Nos vero territi fugam inivimus, & hoc est quod in te deliquimus* (d). *Tunc Repertianus iussit, ut foras B. Romulus & Socii eius ducerentur, & Deis libamina offerre compellerentur, si sacrificare contempsissent, suppliciis lacerati* (e), *capite plecterentur. Ministri autem fecerunt sicut eis fuerat imperatum. Cumque educerentur, & thura Iovi offerre* (f) *recusarent, gravissime fustibus caesi sunt. Cum*

(*) Provisore Civitatis dignum officium! F.
(c) Soldanius: *simili modo* & *poena*. F.
(d) Soldanius edidit: *dereliquimus*. F.
(e) Soldanius edidit: *Delacerati*. F.
(f) Soldanius edidit: *offerre*. F.

versus custodes, qui eos custodiebant, putans, quod & ipsi credidissent in Dominum illorum, & ideo solvissent vincula de manibus damnatorum. Sed huius rei certitudine ab ipsis custodibus audita; ducantur, inquit Comes, rebelles isti foras muros civitatis; & si sacrificare Diis nostris contempserint, tamdiu carnes eorum suppliciis afficiantur, quousque de hac vita miserabiliter migrare cogantur.

XIX. Ministris itaque iussa complentibus, cum traherentur athletae Christi per plateas civitatis, & gravissime fustibus caederentur, Beatus Romulus vidit puellam quandam (a) puteo aquam hau-

(a) In hoc, aut profundiori certe puteo, demersam ad nostra usque tempora Divi Romuli historiam primus expiscatus est Fogginius Dissert. singulari de Primis Florent. Apostolis. A.

Cum autem per plateas Urbis traherentur, carnificibus fortiter eos caedentibus (g), *videns B. Romulus Puellam quamdam de puteo aquam haurientem, potum sibi tribui postulavit. Carnificum autem metu puella exterrita, aquam, quam hauserat, renuit dare B. Rom. una cum Sociis, precibusque ad Dominum fusis, putei ipsius aquam in sanguinem convertit* (h) (i): *Christianis exinde aquam gustantibus, Paga-*

(g) Soldanius edidit: *carnifices fortiter eos cedentes*. F.

(h) Factum de aqua putei in vinum versa parum securum reputo, licet puteus in Cathedrali Faesulana hactenus inspiciatur, sed primis novem & decem saeculis antequam Ecclesia illa aedificaretur in monte iacuit ignotus, nullo veteris venerationis aut signi monimento approbatus. *Sandrinius*.

(i) Bollan. mirantur, nec immeritò, admodum Reverendum Fratrem Dominicum M. Sandrinium pro *Sanguinem*, ut omnes Codd. quos consuluerant, habebant, supposuisse *vinum*: verum ne mendacii Sandrinium insimularent, subdunt: *an in Cod. Mss. Laurentiano Legatur?* Scilicet Sandrinius iam Cod. Laurentianum laudaverat & eum temerè arbitratus erat ceteris omnibus Codicibus antiquiorem, in quibus Acta S. Romuli habeantur. Verum Cod. a Sandrinio laudatus est ille, cuius textus describitur, & neutiquam habet *vinum* sed *Sanguinem* ut ceteri etiam Cod. Laurentiani. F.

haurientem; & petiit sibi potum ab ea ministrari: porro puella metu carnificum exterrita, aquam, quam vir Domini quaerebat, renuebat dare, unde factum est, ut puteus ille in sanguinem verteretur *(a)*, ita videlicet, quod paganis haurientibus, inde fieret sanguis; Christianis vero fons dulcissimi saporis. Postquam ergo producti sunt Sancti Martyres extra civitatem, & nullis persuasionibus revocari potuerunt ab intentione cordis sui, capitalem sententiam simul omnes susceperunt, & ad coelestia regna cum Martyrii trophaeo feliciter pervenerunt; quorum corpora Christiani colligentes sepelierunt ad radicem montis eiusdem urbis pridie Nonas Iulii, regnante Rege regum omnium, Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Sancto Spiritu vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen. *(b)* *(c)* *(d)* *(e)* *(f)*.

(*a*) *Nec puteis manare cruor cessavit*. Virg. Georg. 1. an inde arreptum? Harioletur Soldanius vel Sandrinius. A.

(*b*) Fabula explicit feliciter: Adde: *vos valete & plaudite*. A.

(*c*) Proh! Quot sphalmata, quot menda, quot in scriptione gravissimos errores, interdum sen-

ganis vero sanguinem haurientibus (k). *Unde praedictae Urbis carnificum ira magis ac magis accendebatur, seditio in Sanctos Martyres augebatur. Quidam igitur ex Paganis audacior ceteris* (l) *iniuriam se Deorum suorum vindicare dicens, cultrum de vagina produxit, & in Sanctum Dei Romulum furibundus irruit, corpusque illius punctim undique perfodere coepit. Qui Beatissimus Martyr longo cruciatu multisque plagis corrosus, Deo Spiritum reddidit in Sanctorum Choris perpetim gavisurus, Socii autem eius, idest Marchitianus, Karissimus, Crescentius atque Dulcissimus*(m)(n)*capitalem iussi sunt subire sententiam* (o). *Simul itaque decollati ad coelestia Regna feli-*

(k) Soldanius praetermittit: *Gustantibus, Paganis vero sanguinem.* F.

(l) Soldanius omittit: *prae ceteris.* F.

(m) Soldanius omittit hoc nomen *Dulcissimus.* F.

(n) Soldanius omittit nomen *Dulcissimus*, ne nobis dulcissimus esse videatur. Sed est melle & saccharo dulcior & plusquam mellitus, dum hanc historiolam ut veram adprobat, & tuetur. P. R.

(o) Acta a Bollandistis edita tum Romulum tum eius socios *capitalem sententiam suscepisse* narrant: sed Paraphrastes hic ineptissimus gloriosum minus esse S. Romulo, idem ac socii subierunt, mortis genus tulisse, ratus, hos capitalem sententiam subiisse blaterat, at vero il-

sensum turbantes & corrumpentes Milesiis & Fabulis suis addit *Soldanius*? Num scriptionem deturpare voluit, ne tam clara, tamque lucida Fabella nobis adpareret; vel potius corruptissimo Codice usus est? Numquid cuiusdam indocti Epistolographi opinionem sequitur (quae quidem cachinnis & sibilis excepta est) quod non liceat imperfectorum Codicum errores emendare, & erraticam scriptionem ad verum sensum restituere ullo modo, ne pretium antiquo codici minui videatur? Quid rei in sui excusationem adducet? Nihil sane. Nisi quod inutiliter tempus terit, oleumque & operam perdit ille, qui lucubrationem ineptam, mendacem, & deridiculam perpolitis & elegantibus verbis tentet exponere.

(*d*) Fabula igitur haec tota non exiguas habet virtutes: qualis ab incepto processit servatur ad imum, & sibi constat; sed quatuor potissimum rebus deturpatur. Contra Poetices regulas Personarum nomina inducuntur: locorum itidem nomina & munerum officiorumque κατὰ πρόληψιν nimis frequenter anticipantur: res praeter decorum & verisimile confinguntur: oratione, ut plurimum, barbara scribuntur, & patentibus saepius furtis, ex Breviario Romano, aliisque sacris libris excipiuntur. Dixi Pater Soldani. A.

(*e*) Milesiae, Nugae, Imposturae, Mendacia respuenda, confutanda, deridenda in saecula saeculorum. Amen. Plaude, mi Soldaniole! M.

(*f*) Ex hac igitur Historiola Milesiis fabulisque con-

feliciter cum palma pervenerunt Martyrii . Quorum Corpora Christiani colligentes , & cum aromatibus condientes simul ad radicem Montis sepelierunt , milliario plus minus ad Urbe uno .

T

illum *longo cruciatu , multisque plagis corrosum* efflasse animam. Soldani, *sic Clitarchus , sic Stratocles de Themistocle finxit : nam quem Thucydides , qui & Atheniensis erat , & summo loco natus , summusque vir , & paullo aetate posterior , tantum mortuum scripsit , & in Attica clam humatum ; addiditque fuisse suspicionem , veneno conscivisse mortem ; hunc isti aiunt , cum taurum immolavisset , excepisse Sanguinem patera , & , eo poto , mortuum concidisse . Hanc enim mortem rhetorice & tragice ornare potuerunt : illa mors vulgaris nullam praebebat materiam ad ornatum*. Habentur haec apud Ciceronem in libro , qui *Brutus* inscribitur . F.

contexta facile (nisi fallor) elucet, Ecclesiam Florentinam longe antiquiorem fuisse Ecclesia Faesulana. Nam apud *Optatum Milevitanum* in quadam Synodo, quae anno CCXIII. celebrata est, *Felicis Episcopi Florentini* nomen legimus: deinde apud *Ughellium* Elenchum Episcoporum post *Felicem* succedentium, parvis intermissis lacunis, non difficile est reperire. Verum apud ipsum *Ughellium* in Descriptione Antistitum Faesulanorum primus Divus *Messius Romulus* adparet: nam etiamsi primum Antistitem Faesulanae Ecclesiae *D. Romulum Martyrem*, *D. Petri* discipulum, & Faesulanorum Apostolum ponat, ab Apocryphis actis, & a vulgi opinione deceptum fuisse constat, dum ab ipso *D. Romulo Martyre*, & *D. Romuli Messii* successione, lacunam quatuor integrorum saeculorum videamus, in qua nullus, ne unus quidem, Ecclesiae Faesulanae Antistes enunciatur. Igitur vel dicendum est Ecclesiam Faesulanam nullum habuisse Antistitem nisi quarto post Christum saeculo, vel Episcopum Florentinum Faesulanam, itidemque Florentinam Ecclesiam rexisse, a qua quidem opinione non longius irem. Nam Faesulas, urbem licet antiquissimam, non tamen amplam vastamque fuisse, & innumerabilis populi capacem (ut plurimi falso opinantur, & nonnulli falsissime praedicant) ex ipsa aedificiorum structura & moeniorum macerie liquido patet; sicuti Florentiam Faesulis non longe distantem, uberiori licet solo positam, tamen angustiori, quam nunc videmus, vallo comprehensam, unum Episcopum pri-

mis

mis illis temporibus quando amici erant in Ecclesia Episcopi ad utrasque Ecclesias regendas satis superque fuisse unusquisque rerum aequus & veritatis investigator adfirmabit. *Soldanius* ergo qui non veritate ductus, sed ut palpum obtrudat aliquibus urbis Principibus; vel quia credit apud quosdam ignaros indoctosque viros sibi gloriam comparare, has aniles nugas, & quidem erroribus innumerisque mendis scatentes in medium adduxit, & contra doctissimorum hominum opinionem nulla auctoritate suffultus, Faesulanos (solum in eruendis lapidibus claros) palpare voluit; adfirmando Divum *Romulum* a Principe Apostolorum Faesulas missum, a Faesulanis martyrio coronatum, & ab illo Christianae Religionis Faesulanos sumpsisse exordium; quod quidem non solum illis nullam adfert laudem, sed dedecus & probrum quam maximum, dum Faesulanos carnifices effingit, & caedis D. *Romuli* barbaros auctores & ministros. Verum ad eruendam hanc notam, Faesulanos dicimus in D. *Romulum* manum non posuisse, nam D. *Romulus* non martyr sed Episcopus tantum vita cessit; non primis Ecclesiae saeculis, quum Christianae Religionis cultores persecutionem patiebantur, sed quinto post Christum natum, quum toti Ecclesiae pax erat; tunc quum Ecclesia Faesulana habere coepit suos Episcopos & Pastores, quando scilicet crescente Populo Florentino, unus Florentinus Episc pus ad utrumque populum regendum satis non erat. M.

Librum, cui titulus *Deliciae Eruditorum &c.* ut mihi est mandatum ab Illustrissimo & Reverendissimo D. Vicario Generali *Iulio del Riccio* Canonico & Patricio Florentino attente perlegi. In eo, quod fidem, aut mores, laederet, offendi nihil; plura vero utilia aeque, atque iucunda passim inveni: dignum itaque censeo, qui typis mandetur, in quorum fidem, &c.

Ex Abbatia Florentina die XV. Ianuar. 1741.

D. Octavius Rustici M. Casinensis in eadem Abbatia Philosoph. & S. Theolog. Lector.

Attenta supradicta relatione imprimatur.

Iulius del Riccio Vic. Gen.

Ex commissione Reverendissimi Patris Inquisitoris attente vidi, & examinavi, & cum nihil invenerim contra Fidem, ac bonos mores ideo &c.

F. Angelus Caietanus Giunti Carmelita Congregationis Mantuae.

IMPRIMATUR.

Fr. Franciscus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

Carolus Ginori pro Reg. Cels. vidit.